nas. nostra sacrificia. nostraque cetera bona a deo acceptari. contentiones. impugnationes. iurgia. dissensiones. conspirationes. et cetera que concordiam tollunt. sum opere fugiamus. Diligenter attendentes ad id quod luculentissimus Hieronymus inquit. Quisquis corpus affligat et concordiam deserit. deum quidem laudat in tympano. sed non in choro. quia ubi dissensio. inuidia. impugratio veritatis. lingue defluxio. et iurgia sunt. ibi chorus esse non potest. Ad quam quidem unionem et concordiam seruandam. fugiendamque discordiam. licet innumera habeamus incitamenta. tamen si nihil contra vitium discordie. vel cauendum vel sanandum extiteret. nisi plasmattonis hominis memoria. quod scilicet summus omnium operum deus. propterea voluit unum creare hominem. de quo multitudo propagaretur. ut hac ammonitione. in multis concors unitas conseruaretur. sufficeret quidem. Unanimes igitur inquit. habitet in domino. et sit vobis anima vna. et cor vnum in deo. Et quoniam ut stoicus ille Seneca recte sentit. Discordie principium et origo est. aliquid ex communi facere suum. Idcirco preceptor noster pro seruanda concordia. et tollenda discordia secundum preceptum adiecit dicens.

Textus tertius.

Augustinus.

Et non dicatis aliquid proprium.

Comentum tertium. Ambrosius.

Hostolicam vitam ducentes non modo habere. sed nec dicere aliquid proprium debent. Nam sicut eis omnia debet esse communia. sic ab eis communia debent appellari vocabulo. ut non meum quippiam ego. tuum vero tuum. ille autem suum. dicamus. sed nostrum quod libet id nostrum esse dicat. ut codex noster. causa nostra. cuculla nostra. et opus nostrum dicatur. Namque si ab vno aliqua bona. siue spiritualia siue temporalia proficisci videatur. illa tamen sibi vendicare minime debet. quoniam deus. a quo omnia bona procedunt. vel suorum confratrum obsecrationibus. vel ut illa fratribus coniect

Nota

dignatus est elargiri. et eo modo vel cooperantes sunt. vel contentes sint in dei voluntatem. necesse est. Non enim sciētiam. si sapientiam. siq̄ quodcunq̄ aliud donum summa dei bonitas cuiuspiā donat. id tribuit. nisi ut suorum sit muneris dispensator. Accedit ad hec. quoniam caritas qua in monasterio constituti ferere debent. sicut apostolus Paulus ait. q̄ sua sunt nō querit. accedit quoniam ut in altero precepto assertum est. proprietates ipsa rixarum. contentionis. litium. et omnium deniq̄ est mater discordiarum. quarum viri religiosi vniq̄ debent esse expertes. Accedit penarum terror. quibus proprietarij debent esse effecti. Namq̄ et si omnium criminum inflexibilis iudex ultor existat huius tamen generis perquā seuerus esse cōsuevit. Perinde iudam loculos habentem laqueo voluit suspendi. Si enim legimus in actibus Apostolorum. et hic quidem possedit agrum de mercede inquitatis. et suspensus crepuit medijs. et diffusa sunt omnia viscera eius. Adhuc q̄ pe iniquitatis Jude non tñ fuerunt illi triginta argentei. quib⁹ vendiderat christum. sed omnis pecunia ab eo furtim tñq̄ proprietario sublata. perinde Anania et Saphira. defraudantes precium agrorum. et mentientes spiritu sancto coram apostolorum ceteris. et omnium assistentijs turbis. retrorsum cadentes velut fulmine percussis mox expirarunt. In sacra etiam monachorum contione apud egyptum de gentijs. vbi sicut patres nostri scripserūt circiter quinq̄ milia sacellorum florebat penitentium. Quidam ex fratribus cum centum solidis morienti cōmuni decreto dictū est. Pecunia tua tecum sit in perditione. quod quidam tremendum iudicium tradito sepulture Beatus Gregorius vni ex suis monachis cum trib⁹ aureis decedenti oīno fieri iussit. quo etiaz iudicio Innocentius pon. max. fretus. si cut in capitulo. cum ad monasterium. de statu monachorum. exemplum est. decreuit. q̄ si proprietates apud quēq̄ in morte fuerit inuenta. ipsa cum eo. in signū eterne pditionis. extra monasteriū in sterquilijmo iudicet subderari. Lesart⁹ q̄ refert. cōuersū quendā ordinis cisterciensis. cum e vita discederet dominicum corpus sume

re nō potuisse. qm̄ quinq̄ solidos apud se tenens non fuerat confessus. Quidam etiam monachus beatum Anthoniū in retinenda proprietate decipere satagens ab accipitribus. vulturibus. et alijs rapidis aibus totus est dilaniatus. Sed qd̄ alios commemoro. Diuus preceptor et parens noster Aurelius Augustinus. q̄ seuerus improprietarios extiterit. ex sententia in Ianuarium aperte dinoscit. de quo ita in sermone ad presbyteros yponeminit. Male inquit Ianuarius vixit et male moritur. Quare vel quomodo male vixit. quia quod suum non erat secreta tenuit. Quomodo etiam male morit⁹. q̄ in fine se non cognouit. et obstinat⁹ i suo sensu nobis ignorantibus testamentum fecit. et filium quem in seculo habebat. ditauit. o vtinam saltem in fine hoc nob̄ dixisset. vt orantibus nobis veniaz impetrasset. Nec eum fecisse penituit. propterea d̄ meis non est nec dum viueret erat. Ligantes igitur manus cadaveris eius. ponentes in pāno centum et vndeam siclos quos in pariete cellule retinebat abscondos. et flentes super eum dicatis pecunia tua tecum sit in perditione. Non enim licet eam nobis seruis dei collocare. vel ponere in victu. vel vestitu. vel in opere monasterij. quoniam precium damnationis est. Rursus impossibilitas quam secū habet dispensandi. nos cogit ipsam proprietatem abdicare. Sic enim maximi pontifices cōtra proprietarios regulares eodem capitulo. cum ad monasterium acer rima extat sententia. Abdicatio proprietatis sicut et custodia castitatis adeo est annexa regule monachali. vt contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere. Et quanc̄ in maximo pontifice plenitudo inueniatur potestatis. sup̄ proprietarijs. cum monachis dispensare potest minime. Potest quidem monachum de monasterio extrahere. et ipsum nō monachum facere. Potest causa legitima subsistente ei tradere uxorem. tamē vt monachus sit. et proprietarius. facere nō potest. nec mirum quia nulla virtute etiaz si infinita sit. alicui essentialia possunt auferri. Quis enim efficere potest. vt quipia hō sit. et aial. seu rōnalis non sit. neq̄ natura. neq̄ infinita sumi dei prās id valz

Valeret quidem deus sui prestantia homines
annihilare. At hoc quod homo expers sit ani-
malitatis. expers sit rationis. non valet. Sed
ois approbate regule essentialia sunt obe-
dientia. paupertas. et ipsa continentie hone-
stas. A nullo igitur regularum genere quis
virtute hec tollunt. Evitare proprietates in
sup debemus. ut quantum in carnales et spi-
rituales fratres iter sit. agnoscat. Illi enim
quod celestis partium. isti quod divinus erat
coe efficiunt. Eorum quisque quod suum est quaerit.
Hi vero non quae sua sunt deposcunt. sed que
iesu christi. Quantum igitur hec propinquitas
illi prestat. Namque illa deficit. ista crescit. il-
la habet divisionem. ista unitatem. illa cum
seculo transit. ista cum eternitate manet.

3
3
Presentis vite figura est illi. quae ad
piscis speramus. At enim in illa unum erit com-
mune bonum. Unum coelestis gaudium. Unum
omni beatorum pabulum. quo beati compotes
efficiemur. ipsa. scilicet. pater et filius et spiritus sancti
essentia. que summum et supremum est bonum
quam infinita. incomprehensibilis. eterna. et
mentium omnium est plenitudo. Quod si unum
ibi est. a quo quod cuiusque opus est accipiet. ab-
surdum est. ut in monasterio degentes pro-
pria habeant et possideant. quinimo sicut
unum domicilium habet. ita unum vestia-
rium et unum habeant cellarium. oporteat.
Quod si secus factum ab aliquibus fuerit. metue-
tur in eis. Illud apostoli dicentis. Scimus au-
tem quam cum apparuerit scies ei erimus. quam
videbimus eum sicuti est. Sicuti est enim il-
lum videbimus. quam cognoscemus eum esse
omne bonum. et non proprium alicui. sed om-
nibus coelestis. qui desiderant et concupiscunt esse
boni. Omnes igitur illud coelestis bonum comiter
possidebimus. si hic quo ad fieri poterit omnia com-
muniter habebimus. Filij huius mundi. aurum.
argentum. domos. familias. nomen grande.
potentiam gloriam. et alia. que ad huiusmo-
di potentatum spectant. partium. et alter per
his alterum inuadit. quia humane mentis acie
explere non possunt. Hos autem qui religio-
si sumus. horum contentione sublata nihil ex-
tra deum habere debemus. quam nimis aua-
rus est. cui non sufficit deus. qui pelagus est
et abyssus infinita omnium honorum. Abijci-
amus igitur proprietates fratres ne tam subli-
mis excellentisque boni expertes fiamus. duo
quippe sunt. temporale. et eternum. si tempora-
lium volumus esse possessores. eternorum

nequaquam erimus fruitores. Et propterea
christus dicit. Beati pauperes spiritu. quam ipso
regnum celorum. Ad maiestatis item in
celo presidentis efficientia ad abijciendum
excreabile contagiosumque proprietatis mor-
bum. conferuandaque communitatis dignita-
tem nos etiam impellit. Ad enim tamen san-
ctis dedit deus solem et lunam et pluuiam. et
omnia nascentia terre. et omnes fructus. qui om-
nium in ea. sed in commone omnibus hominibus
dedit illa. qui solem suum ortum facit super bo-
nos et malos. et pluit super iustos et iniustos
christus etiam saluator noster non pro sanctis
passus est. sed pro peccatoribus. impijs. et sceleratis.
ascendit in crucem. et passione sua omnia
reuocavit ad vitam. Ideo ipsum omnium recte
propterea recte predicamus. qui idcirco oibus
hominibus sue pietatis opera fecit communi-
cut ab Augustino in libro de salutaribus
documentis preclare disertum est. ut et bo-
num nostrum. et elemosine nostre. et caritas
nostra. et patientia nostra. et humilitas nostra.
in commone omnibus hominibus distribuantur. Quam-
diu ergo fuerimus in hoc mundo faciamus
bonum ad omnes. maxime autem ad dome-
sticos fideles. et ozem pro inimicis nostris. et
bonum pro malo restituamus. Quod si ad totam
vniuersam multitudinem nostrorum operum com-
munionem iubeamus referre. quantum magis
id vno degentibus in monasterio seruandum
est. Gentilium etiam exempla quantum nos in
monasterio constitutos ad pestiferum vi-
cium proprietatis fugiendum moneant. prece-
ptorem nostrum in libro de operibus mona-
chorum audiamus dicentem. Si huius terrene
reipublice principes preclarissimo litterato-
rum suorum eloquio predicari solent. quod re com-
mune vniuersi populi sue ciuitatis prima-
tes suis rebus sic anteponebant. ut eorum qua-
dam Africe domite triumphator. quod nu-
benti filie daret non habuerit. nisi ex senatus
consulto de publico dotaretur. quod animo esse
debet in reipublicam suam. Cuius eterne il-
lius ciuitatis Hierusalem celestis. nisi ut il-
lud ipsius quod proprijs manibus elaborabit.
in commune cum fratre habeat. Et si quid
ei defuerit. de communi suppleat. Dicens cum il-
lo. Cuius preceptum exemplumque secutus est.
quasi nihil habentes et omnia possidentes. et in
tractatu de spiritualibus margaritis iu-
bet. nemo ex opere suo aliquid sibi appro-
priet. apostolica enim via optamus ut

uere. si quis autē cōtrafecerit furti iudicio
 p̄dēmet̄. r̄ si correct⁹ nō emendauerit de
 v̄ra societate abiciat̄. Et in simone p̄mo
 de cōi vita clericorū qualis esset vita sua.
 oñdens dicit. Ecce quō viuim⁹. nulli licz
 in societate n̄ra habere aliquid p̄prium.
 quē viuendi modū. non solū dum here-
 mi cultor cū suis fratrib⁹ esset. retinuit. s;
 etiam dū antistes in sua p̄moraret̄ ecclia
 propterea in simone de trib⁹ generib⁹ mo-
 nachorū sibi ipsi de paup̄tate p̄gratulus
 hoc pacto suos fratres alloquit̄. Igit̄ fra-
 tres mei. licz in cathedra ep̄ali me videat̄
 tis. paup̄tatez mihi tū caram sponsam te-
 nere p̄gratulor. qz ipsa est sponsa xp̄i. san-
 ctoz possessio. b̄toz vita fidelū securitas
 clericorū ornamentū. monachorū vita. no-
 biliū pulchritudo. diuinitū magnificentia.
 hec est enī illa sancta paup̄tas. quaz qui
 tenet r̄ amat. nulla p̄t indigentia labo-
 rare. Hec mixt̄ fratres. qz ei dat̄ oim̄ domi-
 nus possidend⁹. q̄ est oib⁹ in se speranti-
 bus thesaurus in paup̄tate. solatiū in so-
 litudine. gloria in abiectioe. honor i cō-
 temptu. r̄ in omni p̄tectōe v̄mbra culum
 quē q̄dez vt nude expedit̄q; diuus Me-
 ronym⁹ sequeret̄. qd̄ egerit sua indicant
 v̄ba Ego inq̄t non accipio hereditatē in-
 ter ceteras trib⁹. sed quasi sacerdos r̄ leui-
 ta viuo de decimis. r̄ altari fuiens. altar̄
 oblatione sustentor. h̄is victum r̄ vesti-
 tū his p̄tentus ero. r̄ nudā crucē nud⁹ se-
 quar. beati enī paupes spiritu. qm̄ ipsozū
 est regnum celoz. Hinc egregius doctor
 Ambrosius dicit̄ in libro de viduis ait
 Etenim q̄bus nihil est. p̄prium. nihil deest
 Breue q̄ppe v̄bz. sed grande r̄ veracissi-
 mū v̄bum. qm̄ ipsozū est regnum celozum.
 vbi oia sunt oblectamenta bonoz. ipsozū
 est de⁹. q̄ oim̄s est bonitas p̄ essentia. ipso-
 rū est vera r̄ eterna beatitudo. q̄ est stat⁹
 oim̄ bonoz aggregatiōe p̄fect⁹. perinde
 p̄ceptor noster. in eodē simone ad eā nos
 hisce v̄bis hortat̄. Estote igit̄ pauperes
 fratres mei. qm̄ exaudiuit dominus pau-
 peres. r̄ preparationem audiet auris sua
 Tunc enim vere pauperes spiritu eritis.
 Tunc vere beati. tunc benigni. tunc obe-
 dientes. tunc veraces. tunc non ficti. tūc
 ab omni malo ignari. si vere corde. r̄ ope
 pauperes inueniemini. r̄ q̄bz pauperes
 r̄ exptes proprietatis esse debeam⁹. tamē

q̄diu hīc p̄grinamur. p̄ hac vita susten-
 tanda. ad victū vestitūq; ordinata. nobis
 sunt oportuna. Idcirco adiecit.

Tertius q̄ artus. Augustinus.

Et distribuā vniciq; vestrum a
 preposito v̄o victus r̄ tegumentū
 nō equalit̄ omnibus. qz nō equa-
 iter velat̄ oēs. sed potius vniciq; sicut
 cuiq; op⁹ fuerit. sic enim legitis in actib⁹
 Ap̄toz. qz erant eis omnia cōia. r̄ distri-
 buā vniciq; sicut cuiq; op⁹ erat.

Lōmentū quartum Ambrosi⁹

In sacro ap̄toz collegio. vt expe-
 diti⁹ possent verbo dei vacare nō
 nulli fuerunt ad ministrandū in-
 stituti. sic p̄ceptor n̄r sua voluit ordina-
 re monasteria. vt in eis alij vacarent spi-
 ritualibus. alij vero temporalia ministra-
 rēt. Et ideo alios voluit eē p̄positos. ali-
 os subditos. P̄positoroz officium ē. sub-
 ditis tēporalia ministrare. que ad victum
 spectant r̄ tegumentū. sicut in prima p̄te
 hui⁹ text⁹ apte insinuat̄. Subditoz autē
 officium est. vt Egoni placuit. spirituali-
 bus studijs insistere. vt potelectioni. orati-
 oni. r̄ contēplatiōi vacare. In psalmis
 hymnis r̄ canticis spiritualib⁹ celesti do-
 mino q̄tidie desuere. Que r̄ si vera esse vi-
 deant̄. nō tamen p̄positi ab his spiritua-
 lib⁹ absoluunt̄ studijs. Cum r̄ ipsi oim̄
 optimarū actionū alijs exemplar esse de-
 beat. sicut nec subditi ab officio ministrā-
 di. si eis fuerit iniunctuz. cum p̄prium sit
 subditoz in quibuscūq; honest⁹ suis obe-
 dire prelati. Et metienda sunt v̄ba ma-
 gna sapiētia p̄scripta. P̄rouit dicit vni-
 cuiq; v̄m vict⁹ r̄ tegumentū a preposito
 v̄o distribuā. neminem excipit. qz in p̄-
 positi mente nulla debet esse p̄sonarū ex-
 ceptio. qz si oēs in mōasterio cōstituti al-
 tari seruiunt. omnes de altari viuere de-
 bent. si omnes laboram⁹ omnes mandu-
 care debemus. qm̄ vt domin⁹ ait. dignus
 est operari⁹ mercede sua. Qd̄ si inter nos
 quispiam non laborans inuentat̄. iuxta
 ap̄li sententiā non manducet. Et ideo ca-
 ueat vnusquisq; viuere de annona xp̄i. ni-
 si laboret in seruitio xp̄i. qz si non labo-

rat et manducat tanto maioris criminis ef-
 ficatur reus. quanto dei beneficia sumit indi-
 gnus. Propterea sanctus david nos ex-
 citans dixit. Surgite postquam sederitis qui
 manducatis panem doloris. **S**portet ergo
 ut diligenter ei seruiamus a quo nascimur.
 si sine anime periculo. quod nobis distribuit
 sumere volumus. Et notanter diximus dili-
 genter. quia maledictus homo. qui facit opus
 dei negligenter. Deus fratres. si tanto studio
 mundani subditi. suis principibus seruiunt.
 ut nullis parcant laboribus. ut eis possint
 complacere. et ab eisdem aliquid humane et ca-
 duce mercedis suscipere. quanto magis nos
 principi nostro. creatori nostro. redempto-
 ri saluatori et glorificatori nostro. a quo in-
 numerata bona suscepimus. in finita et eter-
 na speramus esse de proximo suscepturi. omni
 studio. omni conatu. omni denique affectu
 seruire debemus. et quippiam boni operis of-
 ferre. quod siue celsitudini et ei infinite libe-
 rat maiestati. Pensemus ergo ad quid nobis
 victus et tegmentum distribuit. ut sit to-
 tum desiderium nostrum. primum querere re-
 gnum dei. et iustitiam eius. Propter quod et hec
 omnia adiunguntur. Et ait victus et tegmen-
 tum. quoniam his duobus sicut gentium doctor
 et vas electionis Paulus monuit contem-
 nisse debemus. necessaria nobis non super-
 flua distribui iussit. quoniam per necessaria quippe
 humana sustentata vita. sed per superflua
 nostra submergitur anima. per necessaria du-
 cimur ad superna. per superflua labimur ad
 inferna. et ideo a nostro saluatore. non the-
 sauros. non predia. non lapides preciosos.
 non delictosum pabulum. non quecumque super-
 flua. sed panem quotidianum. id est. necessarium vi-
 crum a suo patre celesti sua in oratione do-
 cemur postulare. Distributo autem illa quae
 ter sit facienda dealarat cum subdit.

Textus quintus Augustinus

Non equaliter omnibus. quia non equaliter
 valetis omnes. sed potius unicuique
 sicut cuiusque opus fuerit.

Comentum quintum Ambrosius

Quod contingit autem in monasteriis di-
 versarum complexionum et conditio-
 num esse homines. ut alij debiles.

alij robusti. alij infirmi. alij sani. alij no-
 biles. alij rustici. alij alta sapientes. alij
 ignari. alij soli contemplationi dediti. alij in
 actione solliciti. alij humiles. alij superbi. alij
 facile corrigibiles. alij in suo sensu obsti-
 nati. alij ad omne bonum opus promptissimi
 atque feruentissimi. alij non modo tepidi. sed
 frigidissimi maneant. Prudentis autem pre-
 lati est. has differentias suorum subditorum di-
 scernere. quod put unicuique opus est. id est. put ei
 erigit proditionem. et put postulat indigentiam. per-
 uideat. Unde si in seculo delicate nutritus.
 aut infirmis. aut in predicando. docendo.
 monedocque occupatis aliquid delicatioris
 alimentum tribuat. quod alij fortioribus. igno-
 bilioribus. et manuum actionibus deditis
 forte non datur. talis reprehendi non debet di-
 stributio. quoniam non equaliter valent. non equa-
 liter operantur. non equaliter sapiunt. dummodo
 unicuique put opus fuerit. non denegat. dili-
 genter semper aduertendo. ut tamen unicuique tri-
 buat. ut nutriat. et non abundet. abundan-
 tia enim rebellis facit carnes spiritui. quod dei
 seruo precauendum est maxime. Et ideo in
 distribuendis rebus talis est seruandus mo-
 dus. ut corpus sic nutriat. ut seruulat. sic re-
 primat. ut non superbiat. sic reseruet. necesse-
 sitas nature ut abscedat superfluitas con-
 cupiscentie. sic aspiciantur ad decus religio-
 nis. ut in monasterio seculares non videamur.
 non enim opus est alicui monasterium in-
 gredi. si blanda. si lenia. si mollia. si deli-
 cata. si et alia que carnem fouent. que mentem
 deprimunt. que in seculo querebant. in mo-
 nasterio exproscat. Et ut suum preceptum ma-
 ioris habeat firmitatis. apostolica auctorita-
 te ipsum corroborat dicens. Sic enim legitur
 in actibus apostolorum. quia erant illis omnia com-
 munita. et distribuuntur unicuique sicut opus erat. Unde
 diuini Luce euangeliste sacrorum apostolorum de-
 scribentis actus verba sunt ista. Adulterum
 dicitur creditum erat cor unum et anima una.
 Nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum
 esse dicebat. sed erant illis omnia communita. Nec
 enim egens quisquam erat inter illos. Quotique
 enim possessores agrorum. aut domorum erant
 vendentes. efferebant precia eorum que vende-
 bant. et ponebant ante pedes apostolorum. Diuide-
 bant autem singulis put cuiusque opus erat. que
 quidem scripture locum sanctus Augustinus su-
 is volens imitatoribus regulam dare. sicut in
 primo sermone de communi vita clericorum inquit

Primo p Lazari dyaconū legi fecit. deo
 inde p semetipsum legere voluit. subun-
 gens. Audistis qd velim⁹. orare. vt possi-
 mus. **Tota ita diui pentis nostri Au-**
 gustini fuit intentio. vt saluatorem nostrū.
 ei⁹ qd scōs aplos in cōione seruāda quo
 ad fieri potuisset imitaremur. Testat^r hec
 regula. testant^r sermones. testantur z alia
 multa documēta dīstis in locis ab eo cō-
 scpta. **At enī i sacro illo aploz cetū. qd**
 tuoz in pfatis verbis insinuat^r fuisse cōio-
 nes. Una qdem localis. qm dicit multi-
 tudinis credentiū in vniū. s. p. cohabitatio-
 nem congregatē. Enī sicut in Actib⁹ apo-
 stolorū dicit. xi. apli p⁹ resurrectione dñi
 sil⁹ habitauerunt in Hierlm in cenaculo
 grandi strato. z erant oēs ibidem pseu-
 rantes in oionibus cū mulierib⁹ z maria
 matre Jesu. Oēs enim tam apli qz alij di-
 scipuli. necnō z mlteres in ea regione He-
 rusalē habitabāt. qd dicit^r **Mello. s. in mō-**
 te syon. vbi rex Dauid suū cōstituerat pa-
 latiu. ibi cenaculū illud erat. in q sanctissi-
 mi apli cū matre dñi habitabāt. Discipu-
 li autem z alie mulieres in circūadiacen-
 tib⁹ cōmorabant^r locis. In eo cenaculo i
 die ascensiois sue rps eis apparuit p̄cipi-
 ens. vt inde egressi in montem oliueti ad
 suā aspiciendā ascensionē conscenderent.
 quē cū vidisset ad idē cenaculū maris cū
 iubilo sunt reuersi. in eo vsqz ad diē san-
 cte penthecostes habitantes. **Lūc** hō ibi
 dem in centū z viginti in vniū gregatos
 in linguarū ignearū specie tonantib⁹ ce-
 lis. cardinib⁹ terre tremantib⁹. velut ful-
 gur coruscans. eoz corda succendēs. mē-
 tem replens fiducia donans. oim gentiū
 sermonē tribuens. vt in oibus finib⁹ terre
 saluatoris mūdi. indefessi. intrepidiz es-
 sent p̄cones. e celo missus spūssant^r descē-
 dit. **Altera cōio vnionis ē spūalis. cuz**
 scz vniū cor z vnā aiām hātes in deo. vni-
 us moris. vniūsqz obseruatie in cōi cōsisti-
 mus. que nō nisi auctore deo fieri pōt. sicut
 de ipso sanct⁹ loquit^r Dauid dicens
Qui habitare facit vni⁹ moris in domo.
Hec tāto p̄ma est p̄statio. q̄nto vniū plu-
riū mentiū i vno deo maior est qz pluriū
corpoz in vno loco. q̄ntū aiā corpus z de-
us oīm creaturā circūscribentē locū ante-
cellit. Hec p̄ma quippiam valet sine alte-
ra. Perinde Augustin⁹ in sermone de fi-

lio pdigo inquit. **Logitate fratres ad qd**
 venim⁹. ecce in solitudine sum⁹. elongati
 agentib⁹ sumus. z lōgo tpe iā mansim⁹ i
 solitudine. vt fm aplicam formā remoti⁹
 viuere valeam⁹. **Loc⁹ enī nō facit scōs.**
 sed bona opatio locum sanctificat z nos
 Peccauit enī angelus in celo. peccauit
 Adā in paradiso. z tñ null⁹ locus sancti-
 or illo erat. **Si enī loca habitatores tue-**
 ri possent. pfecto nechō. nec angel⁹ a di-
 gnitate sua corruissent. **Ob eā rem carnē**
 illud Dauid. **Ecce qz bonū z qz iocūdūz**
 hitare fratres in vniū. nō tñ ad corpora-
 lem hitationem. q̄ntū ad vnionē referen-
 dū est aiōz. **Quid enī p̄dest mouib⁹. ad p-**
 posito dissidentes vno domicilio iungi.
Hanc mentiū vnionēz beat⁹ Lucas euā-
 gelista insinuauit cū dixit. **Erant cor vnūz**
 z aiā vnā. **Per cor qdem vniū. vnā intel-**
 lectū voluntatē. qm sic cor carnē. vt phy-
 sici aiūt. oim motū corporalū est p̄ncip-
 piū. ita a voluntate oēs siue bone siue ma-
 le spūales emanant actiōes. z eo pacto i
 create sapie intelligenda est petitio cū di-
 xit. **Fili da mihi cor tuū.** **Per aiām vero**
 vnā. vniformitas ē vite intelligenda. qm
 vt a pipateticis p̄clare assertū est. **Nā p̄-**
 cipiū est. q̄ primo viuim⁹. illi q̄ vnā de-
 bent hēre aiām quoz vita. hoc est viuendi
 forma est vnā. **Si hō i p̄uentu aliq̄ ego**
 meā. tu tuā. ille hō suā vitam ducim⁹. vte
 diuise erūt aiē. diuersi mores. diūse ceri-
 montie. diūse snie. diuersi modi viuendi. q̄
 fit. vt si in vnā habitem⁹ domo qd ad p̄-
 mā ptinet vnionem. nō tñ vni⁹ sum⁹ mor-
 ris in domo. qd ad alterā spectare docui-
 mus. **Fit etiā vt vita nra nō aplica. s. cō-**
 fusio babilonica. nō Augustini regla. s. z
 abusus anormala. nō ordo s. z horroz me-
 rito censeat^r. **Tertia cōio t̄paliū est pos-**
 sessionū. qm videlz eoz nemo q̄ in sancto
 placito habitant. aliquid habet. p̄prium.
 sed eis oīa sūt cōia. q̄ ab ip̄o rōnalis crea-
 ture exordio sūmi dei. natureqz fuerūt iu-
 rib⁹ p̄genita. **Enī Aug⁹. i cōmētarijs sup**
Jobem inq̄t. Dñi est terra z plenitudo
et⁹. paupes z diuites de⁹ de vno limo fer-
cit. z paupes z diuites terra vnā sustētat
Iure aut humano hec dī dom⁹ mea. hec
villa mea. Colle ius impatoris. z q̄s au-
det dicere. hec villa mea est. Perinde di-
uus Clemens pōtifer maxim⁹ ait. Vnus

Nota

Nota

b

oim q̄ sunt in h̄ mundo oib⁹ hoib⁹ debet
esse cōis. sed p̄ iniq̄tatez ali⁹ dixit hoc esse
se suū. aliud h̄o istud. Plato quoq̄ iure
diuino imbut⁹ dixit. Sicut nō pōt diuiz
di ger. nec sol splendor. ita nec reliq̄. que
cōter data sunt ad habendū. diuidi de
bere. sed hūda esse cōia. Ideo rēpublicā
sic instituit. vt in ea nihil inter ciues habe
retur ppriij. Diogenes etiā cum oia penit⁹
tus reliquisset. Alexandro multa pollicē
ti r̄ndit. nihil a te de ceteri volo. dūtarat
mibi veliz. vt soli nō obstes. Cratio. So
crates. Pythagoras. ⁊ multi alij philoso
phi hanc cōitatez. pprietatisq̄ abdicatio
nē sic abdicarūt. q̄ om̄i relicto patrimo
nio soli⁹ h̄tūt se fatebantur esse possesso
res. hui⁹ cōitatez ablectamētis. Cicero af
fectus. Dulcissimā oim possessionū com
munē asseuerauit. Propterea in p̄mo of
ficioz libro etiā inquit. Sunt autē puata
nulla natura. sed aut veteri occupatione
vt q̄ quondā in vacua venerūt. aut victo
ria. vt q̄ bello potiti sunt. aut lege. aut pa
ctione. psuetudine. vel pditione. vel sorte
Hanc sanat⁹ ille sanctissim⁹ apostolorū a
xp̄o fuit edoct⁹. ⁊ eā in scripti redigens.
Scriba dei Lucas dixit. Nec quisq̄ eo
rū q̄ possidebat aliqd̄ suū esse dicebat. s̄
erant illi om̄ia cōia. cuius figuraz in libro
numeri legim⁹. vbi mandatum fuit. vt sa
cerdotes ⁊ leuite solū de decimis viuerēt.
nihilq̄ nisi in cōi possiderent. Postre
ma cōmunitio penes distribuēdi p̄portio
nē attendit. Duplex em̄ apud phos gen⁹
repiē equalitatis. alterum qd̄ ad eandem
quantitatē altez qd̄ ad quandā p̄portio
nalitatē referē. Primum ad iusticiā p̄muta
tiuā in qua rei ad rem fit compatio. Alte
rum h̄o ad iusticiam distributiuaam spe
ctat. in qua rex ad p̄sonas. egrūq̄ condi
tiones psiderat p̄portio. quam nos respe
ctū quendā indigentie recte possum⁹ ap
pellare. ita q̄ q̄sto qualibz vnusquisq̄ fm̄
sui conditionem indiget. tm̄ taleq̄ sit ei
p̄ferendū. Cū qz plus sani comedere cō
sueuerūt. q̄ infirmi. plus alimēti sanis. q̄
infirmis ē tribuendū. ⁊ qm̄ debilior est ad
digerendū h̄t⁹ infirmoz. q̄ bene valenti
um. equū est. vt illis delicatiora. istis h̄o
grossiora tribuant abaria. Et id est qd̄ i
lectione actuum subdit apostolorū. Neq̄
em̄ egens quisq̄ erat inter illos. Et infra

Diuidebāt autē singulis put cuiq̄ opus
erat. Maxim⁹ igit̄ doctor Augustin⁹
pspiciens suo tpe aplice cōionis obseruā
tiā extra fines ecclesie ferme exulasse. ⁊ ti
mens ne ipostez p̄pter prauā hoim cōdi
tionē in nihilū redigeret. eam instaurare
decernēs regulā sūma p̄editā discretiōe
⁊ in actibus aploz fundatā conscripsit.
in qua quidē iprimis p̄ caritatis p̄ceptū
eā quadrifariā cōitate q̄q̄ sub alijs h̄bis
iussit obseruari. Primā cū dixit hec sunt.
que vt obseruetis p̄cipim⁹ in monasterio
psituti. Primum p̄pter qd̄ in vnū estis cō
gregati. vt vnanimis habitetis in domo
Secundā cū subdit. Et si vobis aia vna
⁊ cor vnū in deo. Tertā cū adiecit. Nec
dicatis aliqd̄ ppriij. sed sint vobis oia cō
munia. Quartam cū postremo adnectit.
Et distribuāt vestrū a p̄posito v̄o vict⁹ ⁊
tegmētū. nō eq̄liter oibus. qz nō eq̄lit va
letis oēs. s̄ poti⁹ vniciq̄ sic cutq̄ opus
fuerit. Quib⁹ sane Augustin⁹ aplice vite
instaurator dici pōt. Nam s̄ ante eū plu
res p̄ies maxime sanctitatis extiterūt. nul
lus tm̄ viuēdi formā. sup aplice cardini
bus sanctam aī ipsū tradiderat. qd̄ et
ipse in sermone de trib⁹ generibz mona
choz testat̄ dicens. Videte fratres q̄ aī
me fuerūt patres multi. q̄s imitari debe
mus. non tm̄ sicut ego fm̄ aplicā vitā ali
os viuere docuerūt. Caput igit̄ ⁊ p̄inci
pium oim vestrū sed aplicam vitā me
dicere nō erubesco. nō te pigeat eos sequi
⁊ imitari in oibus. Attendētes tm̄ oia cōi
ter h̄ie ⁊ possidere. qz in celsitudine pau
ptatis viuētes nō s̄. nisi vt vnū sit cor.
vna aī. ⁊ oia cōiter possidere. Illud au
tē quod in p̄fata lectione de actibus aplo
rum legit̄. Neq̄ em̄ egens quisq̄ erat
int̄ illos. ad illud referē qd̄ sequit̄. qz di
uidebant singulis prout cuiq̄ opus erat
Quod nō est sic intelligendū. vt sic abun
danter distribuere. vt nullam haberēt in
digentā. cū etiam de ipsis apostolis scri
ptum sit. q̄ seruebāt deo in fame. siti. fri
gore. ⁊ nuditate. sed poti⁹ ad animi affe
ctū circa deū est referendū. Namq̄ in pri
mitiua ecclesia tanta erat gratie spiritua
lis abundantia. vt nō solum illicita desi
deria. v̄ezetiā corporales naturalesq̄ ap
petitus in eis extingueret. vt ⁊ illi nō for
lum fortune bona. sed seip̄os penit⁹ ab

negarent. ut non solum modico contenti
essent. sed ipsum quod nihil habebat p
summis reputaret delictis. iuxta illud a
postoli. Tanquam nihil habentes. et omnia
possidentes. Caritas enim que omnia
suffert. dilectio dei. que fortis est. ut mors
etiam in summis necessitatibus. labori
bus. et angustiis. constitutos compotes
faciebat. perinde eorum paupertatem cum
omnium principum delictis mie contu
lissent. Perinde iubilans Paulus dice
bat. Magis questus est paupertas cum
sufficiencia. habentes igitur victus. et quibus
tegatur his contenti sumus. Per
inde sanctissimi apostoli agrorum pre
cia. quibus fidelium predia vendebantur
non in manibus. ut de illis cupidi essent
sed ante eorum pedes. tanquam eorum con
temptores apponi iubebant.

Tertius sextus Augustinus.

Qui aliquid habebant in seculo.
quando ingressi sunt monasterium
libenter velint illud esse commune.

Commentum sextum Ambrosius

Apostoli ut diximus iubebant omnia
bona eorum. qui ad fidem convertebantur
vendi. et illorum pre
cia ante eorum pedes deponi. et signari. ac de
inde distribui. secundum viuisumque indigen
tiam. Hunc preceptum modum Augustinus in suo cano
ne non iussit. quoniam perspicaci mente considera
bit modum illum non fore diuturnum. Non
enim maxima multitudo hominum diu vivere
potuisset ex solis precijs venditorum agrorum.
quoniam illis sumptis non facile alia venden
da predia donarent. sed et equalentem mo
dum mandavit. ut qui monasterium ingre
derent. ea que haberent in seculo. monasterio
libenter donarent. libenterque vellent illa om
nibus ibidem viventibus esse communa. Ille in odus
apostolorum tunc temporis congruebat. ut qui christum sequi
volebant. tamen bonum eum esse intelligerent.
ut omnis mundi thesaurus eius gratia foret
stemnendum. ut in usum poneretur. solum
christi dicentis. Qui non solum possessores. domos
et agros. sed etiam preem et membra. fra
tres et sorores. adhuc autem et animam suam pro
pter me non reliquit non est me dignus. ut ex

terparent. penitus de eorum mentibus in
ueterata rerum mundanarum cupiditate.
Namque inducus ille populus saturniam
sequens naturam auaricie et cupiditati sem
per deditus fuit. et ideo ut non solum res.
sed rerum deponerent affectum. omnia eorum
rum bona vendi. et eorum precia tanquam vilissi
ma in terram proijci mandabant. Rur
sus modus ille in Hierusalem consentaneus
erat. et tempore illi vehementer expediret.
quoniam apostoli spiritu sancti afflati scie
bant ecclesiam que erat in Hierusalem.
tum propter instantem persecutionem iu
deorum. tum propter iminentem destru
ctionem ciuitatis. necesse dispersionemque po
puli illius hebreorum fore de proximo dis
pergendam. et ad gentes essent profes
cturi. apud quos fidem christi nunquam defectu
ram fundaret. et ob eam causam in iudea
habere predia minime expediebat. sed ven
debantur. ut eorum precijs saltem pro illo bre
ui tempore vivere potuissent. Sed Au
gustino modus quem in regula posuit de
centissimus visus fuit. quoniam diuissime
durare et ab omnibus equo animo obser
uari poterat. nec non suo tempore satis con
formis. expedit enim legislatorum. ut tempo
ris congruentie sua accomoderet precepta
unde ceteras hec. et proprietatis abdicatio
multos multiplicisque successus subiuit.
Christus namque primus euangelice paup
tatis. fundator. quoniam dominus omnium rerum ex
isteret. essetque ipse rex regum. et dominus domi
nantium. non solum quo ad deitatem. verum
etiam quo ad humanitatem. nullus tamen
rei in hoc mundo voluit se possessorem osten
dere. imo ut veram profundamque omnibus
predicaret paupertatem dixit. Vulpes fo
ueam habent. et volucres celi nidus. filius
autem hominis non habet vbi reclinet ca
put suum. Et rursus qui non renunciauerit
omnibus. que possidet non potest me
e discipulus. Propter quod apostoli que
quid possiderant cum sequentes relique
runt. Quo circa Petrus in omnium per
sona ita confidens locutus est. Ecce nos
reliquimus omnia et secuti sumus te. Quid
ergo erit nobis. Viuebant enim omnes si
mul cum eorum. imo cum omni magistro
ex elemosinis. quas de fidelium suscipie
bant facultatibus. Perinde Lucas eu
angelista narrat. Quo pacto quedam sancte

mulieres sequebant christum. vt ei de suis facultatibus ministrarent. Ne quidez erant Maria Magdalena. Martha. Johanna vxor Chuse pcuratoris Herodis Susanna et alie plures. que a christo de diuersis languoz generibus beneficium susceperant sanitatis. Post hoc christi resurrectionem. apostoli eum modum viuendi instituerunt. vt inter eos nihil esset proprii. sed de precij venditorum agrorum sicut Lucas recensuit. vnicuique prout oportet erat distribuere. Deinde cum per apostolorum predicationem credentium creuisset multitudo. et de alienigenis diuersisque gentibus ad christi fidem multi confluxissent. obinueratam eorum gentilitatem. et vt tenacius fidei erudimenta seruariet. nil aliud eis imponebant. nisi vt a fornicatione. rapinis a sanguinis suffocatione. et idoloz imolatione se abstinerent. atque ob eam libertatem que gentibus propter eorum infirmitatem iudultra. priuus ac sanctus ille seruator etiam apud perfectos frigit. existimantes id quod erat gentibus pro infirmitate concessum. sibi etiam licitum extitisset. vt pote predia. domos. et agros pro eorum vltibus retinerent. locupletatis autem a Constantino ecclesijs. cum laicis habere proprium a Siluestro pon. max. fuit concessum. dummodo annuas decimas suis solverent sacerdotibus adhuc in cetera viuentibus. Sed crescente clericorum auaricia vitia communi mie contenti. ceperunt sicut laici proprium habere. quod virus ita paulatim subrexit. vt nulla amplius seruariet inter sacerdotes ceteras. Quod Augustinus videns ingemuit. et contempsit quanta fuerat apostolice ceterationis perfectio. vt ipsam saltem in suis fratribus. et clericis sibi subiectis eam instauraret. statutum fecit de non habendo proprio. iubens deinde in regula. vt quicquid in seculo haberent. cum monasterium ingrederentur. libenter vellent illud esse cetera. Dignus enim videbatur. vt Hugo ait. vt qui communem habebant gratiam. ceteram haberent et substantiam. et quibus vnus erat spiritus. vnus esset et sumptus. Et vt totius precepti clarior habeatur expositio. Sane aduertendum est. quod in seculo manentes duo habent bona. scilicet terrena. et eorum affectum. cum monasterium ingrediuntur vtriusque in monasterio offerre altissimo debet. bona quidem vt sunt cetera

maiestati eius famulantibus affectum. vt non amplius illa vt sua. sed vt cetera diligant. et quod bonum quanto ceteris. tanto proculdubio melius ideo plura illa in monasterio. pro ceteratione fratrum curare tenent. quod si illis in proprium cetera modum in seculo vterentur. propterea preceptorum nostrum in sequentibus dicit. Via via opera in vno fiant maiori studio. atque frequentiori alacritate. quod si vobis singuli propria faceretis. hec enim illa duo sunt. que dominus in euangelio precepit. cum dixit. qui non renunciauerit omnibus que possidet. non potest meus esse discipulus. quod ad primum. scilicet possidendi facultatem. Et iterum. Qui vult venire post me. abneget semetipsum. quo ad secundum. scilicet retinendi affectionem. Non enim sufficit exteriorum relinquere substantiam. nisi interiorum abscidamus concupiscentiam. Et sane abiicit liber. quam hilariter datorum diligit deus. nec sue ceteritudini grata sunt coacta sacrificia. Istria igitur tua faciet munera gratia. si reus substantia. si earum affectum. si cum mentis hilaritate offeres. libenter igitur et omni cum affectu debemus terrena dare. vt possimus cetera compare. his tribus regnum celorum emittit. etiam si primum exiguum sit. dummodo altera duo in archano ferueant mentis. Etenim regnum celorum tantum valet. quantum habes. Nihil vtilius emittit. nihil carius possidet. Nihil a te postulat vberius remunerator deus. nisi quod largiri potes. Nihil iubet. nisi quod adimplere vales. Si exteriora non habes. que dones interiora non desunt que offers. que tanto erunt illi summo principi deo gratiora. quanto hec illis sunt quippe prestantiora

Textus septimus

Augustinus

Qui autem non habebat. non ea que erant in monasterio que uec foris habere potuerunt.

Comentum septimum

Ambrosius

Recognouit precellentissimus doctor ad monasterium multiplicium hominum genera fuisse ventura. nec oes qui illuc se conferunt. diuino ducuntur spiritu. quinimo aliqui monasterium ingrederentur labores mundi uitates ac etiam de rebus ad victum vestitumque spectantibus diffidentes. quibus dicitur vt non presumat

ptuose. non arrogant in monasterio vi-
uant. nec se erigant ad ea postulanda. q̄
foris h̄ est in seculo habere non potuerūt
Discreti tñ plati caritas suppleat. vt eoz
necessitati presertim tpei infirmitatis. qd̄
op⁹ fuerit. minime deneget. Idcirco mor
abiecat. Sed tñ eoz infirmitati. qd̄ opus
est tribuat. etiam si paupertas eoz. quādo
fous erant. nec ipsa necessaria poterāt in
uenire. Caritas quippe illud esse indu-
mentū preciosissimū atq; amplissimū
describit. qd̄ omnia operit. Et id̄ paupe-
res ⁊ diuites. magnos ⁊ paruos. doctos
⁊ ignaros. nobiles ⁊ ignobiles. cum ne-
cessitas affuerit. eadem debem⁹ caritate
cōplecti. Namq; oēs qui ad xpi accedunt
seruitiū. equum est. vt de xpi viuant mu-
nerib⁹. Dign⁹ est em̄ operarius mercede
sua. Et licet paupes aliqui q̄ ad terrenam
substantiam ad monasterium accedant.
tñ pleriq; effecti diuites sunt. quib⁹ iube-
t. vt propter deū ipsum dimittant. Unū
em̄ de secunda tabula mandatum est. vt
non ꝑcupisces. ꝑcupiscentia em̄ rex terre-
narum atq; fluribulum. satis est ad con-
sequendam eternā damnationem. Hinc
scriptum est. q̄ viderit mulierem ad cōcu-
piscendam eam. iam mechatus est. hinc
Bernardus ait. Viscus quidez prau⁹ de-
siderij. ⁊ delectationis terrene animaz vo-
lare non patit. ⁊ citius retrahit mentem.
si forte aliqui subleuat. Propterea specu-
lator nostraz intentionū de⁹. plus ad no-
stram attendit intentionem. q̄ ad ipsam
substantiam exteriorem. propterea ab eo
enunciatus est. Beati pauperes spiritu.
Propterea a nob̄ cor expostulat. Namq;
ex omib⁹ creaturis. q̄ sub sole sunt. nihil
humano corde sublimius. nihil nobilius
nihilq; deo similis reperitur. iure igit̄ ni-
hil aliud a te querit nisi cor tuum.

Textus octauus

Augustinus

Amen non ideo putent se esse fe-
lices. quia inuenerunt victum et
tegmentum quale foris inuenire
non potuerunt.

Commentum octauum

Ambrosius

Quibus fratres istos cōferre pos-
sumus. qui propter corporis ne-
cessitatem. non propter anime sa-
lutem veniunt ad monasterium. qui non
mentem. sed ventrem replere desiderant.
Qui se felices ideo putant. qz inuenerūt
in monasterio victum ⁊ vestitum. quales
in seculo inuenire non potuerunt. Tales
quippe Beluis comparamus. que omnē
eorum appetitum ad ingluuiem dirigūt.
Tales de numero sunt epicureorum. qui
eorum felicitatem in voluptate sanxerūt.
Tales utiq; sunt. quorum. vt inquit apō-
stolus. deus venter est. Ad hos christus
dixit sermonem. euz dixit. Queritis me
non qz vidistis signa. sed quia manduca-
stis ex panib⁹ meis. Absit igitur fratres.
vt in monasterio sim⁹. vt bene reficiamur
bene vestiamur. bene dormiamus. ⁊ bene
nobis temporaliter sit. Nonne tunc no-
bis illa Saluatoris cōueniret sententia.
Amen amen dico vobis. recepistis merce-
dem vestram. sed Absit. vt hic finis. hic
merces. hic ⁊ premium nostrarum sit ope-
rationum. vt nos simul cum illis hic sine
claudamur. Laueamus igitur concupis-
cere terrena. ne amittamus celestia. Nō
desideramus teporalia. ne priuemur eter-
nis. Ieiunemus igitur breui tempore in
monasterio. vt in eternū epulemur in ce-
lo. Excurrere debemus hic. vt fatiemur euz
apparuerit gloria dei. Non enim nobis
tunc illa dari satietas poterit. que nostra
erit felicitas. nisi nos hic pri⁹ afficiamur
per simonia. Unde beatus Hieronym⁹
difficile imo impossibile esse dicit. vt quis
de delicijs ad delicia transeat. vt in vtro-
q; seculo maneat gloriosus. vt hic ven-
trem. ibi mentez plenā habeat. propterea
terrena tñ nobis debent esse in vsu. vt vi-
uamus. non viuere vt illis fruamur. Da-
uitice monitioni obtemperantes. Diuitie
si affluant. nolite cor apponere. Namq; il-
lud cui vnusquisq; suū cor apponit. pro-
culdubio efficitur. dicente patre nostro
Augustino. Si terram diligis. terra es.
Si deum diligis. deus es. Et rationē ali-
bi adiecit. qm̄ pfecto tanta ē vis amoris.
vt amantē trāserat in amari. sitq; vnus-
cuiusq; amor. pondus amātis. vt eo fera-
tur. sicut eidem placuit. q̄ ipse fert̄ amor.

140

Diligamus ergo eterna fratres. vt eterni
fiamus. Diligam⁹ celestia vt celestes sim⁹
diligamus deum vt vn⁹ spiritus efficiamur
cum eo. cui⁹ maiestas. que nec oculi
vidit. nec aur⁹ audiuit. nec i cor hois
ascendit. nobis in sua pparauit essentia.

Textus nonus Augustinus

N Ec erigat ceruices. qz sociantur
eis. ad qs foris accedere no au-
debant. sed sursum cor habeant. et
terrena vana no querant. ne incipiant mo-
nasteria esse diuitib⁹ vtilia no pauperib⁹
si diuites illic humiliant. ⁊ pauperes il-
lic inflant.

Comentū nonū Ambrosius

Sicut moniti sunt paupes mona-
nasterium ingredienti. vt no ea
querant in illo. que in seculo non
potuerunt habere. nec existimet se esse felices.
si victu vestitūqz talem inuenerint. q
lem in seculo inuenire nequiverunt. ita ad
monent. vt ceruicē non erigant si eis asso-
cientur in monasterio. ad quos dū essent
in seculo accedere no audebant. In h
magna vis. magnūqz ostēdit religionis
vinculū. vt paupes ⁊ ignobiles. ad diui-
tes ⁊ nobiles seculares eoz pudore. diui-
tūqz contemptu accedere in seculo no au-
deant. ⁊ vtriqz iesu xpi facti cōserui. vtri-
qz eiusdē dom⁹. eiusdem cellarij. eiusdēqz
vestiarij sunt facti possessores. Sicut enī
oēs eiusdem vinee domini sabaoth cul-
tores. ita oēs eiusdem consortij. eiusdem
animi. eiusdēqz cordis in domino eē de-
bent. Nec tñ ob hanc cōem societate pau-
peres ceruices erigāt. i. no superbi. no ar-
rogātes. no ambiosi. no inflati fiant. sed
sursum cor habeāt deo grās agēdo. qz ta-
lū in religione hnt consortiū. ad quos in
seculo nequibāt habere ingressuz. Et ter-
rena vana no querāt. Vanū proprie il-
lud dicimus. qd suū no consequit finem.
At enī religiosoz finis est ipse gloriosus
⁊ sublimis de⁹ qui sur. mū ē bonū. Cerui-
cū igit erectio. elatō mētis. ambitio ⁊ ois
actus superbie. ⁊ deniqz oim rerum terre-
narum appetit⁹. vana sunt. hoc ē inuanū
incassum. ⁊ frustra illos in monasterio ef-

se facit. qui in eos dilabunt. qm sancte re-
ligionis misericōdie permittent eos asseq fir-
nem. Nā ⁊ si sancta sit religio. sanctum sit
monasteriū. sanct⁹ sit habitus. sancta vi-
deant opera. omnia tñ inutilia ⁊ super-
bie efficiunt vitio. Nāpe omnis superbia
caluz habet. Inde de superbo scriptū est.
si penetrabit nubes ⁊ celū ascenderit tāqz
sterquiliniū perdet in fine. Quid enī sup-
bis angelis profuit celū. Quid elatis p-
thoplaustis delictarum paradisus. Quid
igit ambitioso monacho sanctū proderit
monasteriū. certe nihil. propterea sanct⁹
David oratad dñm. Nō veiat mihi pes
superbie. qz ibi ceciderūt qui operant in-
quitatem expulsi sunt. nec potuerūt stare.
Cū Habuchodonosor regi de sua baby-
lonia supbienti ⁊ exclamanti. atqz in hec
verba prorūpenti. Nonne hec est ciuitas
Babylon quā ego edificauit in domū re-
gni in robore fortitudinis mee. ⁊ in glo-
riam decoris mei. Vox super eum into-
nuit dicens. Tibi rex dicitur regnū tuum
transiet a te. ab omnib⁹ eijeris. ⁊ cū be-
stijs fer⁹qz erit habitatio tua. fenū vt bos
comedes. ⁊ septē tēpora sup te mutabun-
tur. donec scias qz excelsus dominas in
regno hominū. ⁊ in mox sensum ⁊ regnū
amisit sicut brutū ⁊ iumentū annis septē
pascua querens. Quocirca pceptor n-
r in sermone de supbia his verbis nos cau-
tos reddit. O fratres mei. Lauete ne orā-
tes vel legētes. vel stātes vel sedentes. vel
vigilātes. ⁊ in cinere ⁊ cylitio habitantes
cum phariseo dicatis. grās tibi ago dñe.
qz no sum sicut ceteri hoies. s enim solita-
riā vitam ducētes. dyabolo instigati sepe
cogitāt. sepe h dicere tēptant ab inimico
seruoz dei. pot⁹ enī volo vos heremuz
exire. qz talia dicere vel cogitare. Sed
dū tēptamini h asserere. vel de vob h cogi-
tare. mox clamate. mox ululantes dicite.
Ego sū vermis ⁊ no hō. obprobriū homi-
nū ⁊ abiectio plebis. Et cū pellicane di-
cite qbuscūqz ornati stutib⁹. De⁹ ppit⁹
esto mihi petri. Attēdat igit caritas vīa
quid dixerit veritas nostra. Qui maior ē
vestrum. fiat sicut minor. ⁊ qui precessor ē
sit minister. ergo o monache. quanto ma-
ior es humilia te in omnibus. Si minor
es non erigas ceruicē. qz magnis ⁊ pro-
fectis associaris. sed potius memor esto

vills conditionis tue. et in omnibus te humilia. deo gratias agens. et sic inuenies gratiam coram deo et hominibus. **E**cōtra si feceris. superueniet in te comminatio. quam noster adiecit preceptor dicens. **N**e incipiant monasteria esse diuitibus utilia non pauperibus. Si diuites illic humiliantur. et pauperes illic inflantur. Magna quippe abusus est. ut pauperes superbi sint. ut super illud presumant quod eis non est a natura vel fortuna concessum. propterea eis cauendum est. ne id quod eis esset ad salutem proficuum. ad perperuum conuertat incendium. Verbum enim Saluatoris est. ut difficultus sit diuitem regnum celorum intrare. quā camellus per crunam acus. ergo expeditius atque libentius pauper. quoniam paucioribus implicatis curis. ideo poterit famulari. Si homo superbie detentus pondere. facilius ad superiora non euolet. sua dumtaxat erit ascribendum uoluntati. Sicut ergo in seculo pauperes. sicut infirmi. sicut abiecti extiterunt. ita se in religione ostendant. in qua non modo humiles. sed mites. doctiles. disciplinabiles. et ad omnes debent esse obediētes. quoniam dominus sicut scriptum est. Docebit mites vias suas. Et rursum ipse emittit fontes in conuallibus. id est gratiam suam prestat humilibus. Et iterum. qui se humiliat exaltabitur. Et propheta. Superbus deus resistit. Humilibus autem dat gratiam. Et dominus in euangelio. Humilis recumbit in nouissimo loco. ut ab ipso domino ei postea dicat. amice ascēde superis. Et scūs dauid Elegi abiectus esse in domo dei mei. hoc est in loco humili sancte religionis. et in consortio deo famulantium. magis quā habitare in tabernaculis peccatorum. hoc est in sinagoga peruersorum. et in conuentu malignantium atque superborum.

Lectus decimus Augustinus

Rursus etiam illi qui aliquid esse videbant in seculo. non habeant fastidium fratres suos. qui ad illam sanctam societatem ex paupertate uenerunt.

Comentum decimum Ambrosius

Fuit tribus preceptis admoniti sunt pauperes. ita diuitibus ac nobilibus monasterium ingredientibus tribus confert documenta seruanda. Primum quidem. ut non habeant fastidium fratres suos. qui quidem uenerunt ex paupertate et ignobilitate seculi. ad illam sanctam societatem que in communi uita religionis consistit. Duabus profecto rationibus diuites. nobiles. potētes. et qui aliquid alio modo uidebantur esse in seculo. si opere cauere debent pauperes et ignobiles ad sanctam monasterij societatem uenientes odio vel fastidio habere. Altera quidem est ex eorum maiestate profectam ad eos dictum est. quanto maior es tanto magis te humilia. Altera ex incomprehensibili abusu diuine et eterne electionis emanans. quoniam sicut Apollonius ait. Infirma mundi elegit deus. et ignobilia et contemptibilia. ut fortia queque confunderet. ut non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. sed neque potens in potentia sua. neque sapiens in sapientia sua. neque diues in diuitijs suis. Et tertiam addimus. quoniam non est ut Apollonius inquit. acceptio personarum apud deum. Idem enim dominus omnium. et diues in omnibus inuocantibus eum. Propterea diuus Basilus ait. quod deus non fecit diuitem. diuitiarum dominum et possessorem. sed distributorum. Eum quidem fecit ut saluetur. pauperibus cōpatiēdo. non deridendo

Lectus undecimus Augustinus

Agis autem studeant non de parentum diuitum dignitate. sed de pauperum fratrum societate gloriari.

Comentum undecimum Ambrosius

Aterum documentum est. ut diuites et nobiles ipsi non debeant de parentum dignitate. diuitijs et potētijs gloriari. quoniam id ad uanitates pertinet mundi. Sempe magna stulticia eorum est. qui mundum reliquerunt monasterium ingrediendo. et mundi inuoluantur uanitatibus. Nonne isti melius letarentur in seculo. quā se et alios affligerunt in

monasterio. Nonne isti talibus sperant amē-
tib⁹. q̄ suauissimis spiritibus epulis. velint
deinde epularum satiare odore. Studeant
igitur non de vanitatibus mundi. cui mortui
sunt. sed de pauperum fratrum. cum quibus vi-
uunt christo societate gloriari. Contemplantur cum
Salomone. quod omnia que sub sole sunt. vani-
tas sunt vanitatum. Contemplantur. quod nec pa-
rentum dignitas. nec diuitiarum copia. nec
potentatum magnitudo aliquid conferunt ad
beatitudines. Contemplantur quod sublimis deus
qui diues in gloria sua. pauper factus est pro
nobis. nec diuitibus. sed pauperibus dignatus est
sociari. Contemplantur quod qui excelsus. impassi-
bilis. et immortalis est in sua deitate. paru-
m humilis. passibilis. et mortalis factus est in
nostra humanitate. Quod igitur superbis. o mo-
nache. qui puluis es et cinis. qui de mundi va-
nitatibus gloriaris. qui vestigio pauperes fratres
habes. qui dedignaris eis sociare. qui eos deri-
sorio vultu aspicias. Si rex celorum. creator
vniuersi. dominus dominantium. et deus maiesta-
tis. sic pauperem adamauit consortium. ut reli-
ctis regalibus sedibus. pauper inter pauperes
nasci voluit. pauper viuere cum pauperibus com-
uersari. pauperes ad se accersiri. pauperum
collegium constituere. pauperem et sanctum in pau-
peres nudos et sceleratos mori. et mundi
potentiam calcare. et mundum ipsum totum. pau-
cis emissis pauperibus ad se ducere. Non
enim alis. non cuneis. non legionibus. non acie-
bus castrorum. non exercitibus militum. non ar-
mis quibuscunque. non ducum. impatorumque im-
petu. sed discalciatoorum hominum pauperumque
apostolorum linguis. omnibus terre finibus su-
am voluit posse maiestatem. Hos igitur fra-
tres diligamus et amemus pauperes. quoniam mili-
tes christi sunt. gloriemur de pauperum fratrum
consortio. quoniam dominus refugium est pauperum. gau-
diamur et iocundemur de eorum societate. quoniam
ipsorum est regnum celorum. Cauemus eos
de risu vel contemptu habere. quoniam nihil pro-
fecto grauius. sicut egregius doctor Am-
brosius inquit. quam ut fratres nostros pauperio-
res superbo oculo respiciamus. Propterea no-
bis intolerabili repellamus fastidio. no-
stra indignos gratia iudicantes quod sunt
inopes. cum paupertas facilius sit deo quam the-
saurus acceptior. propterea Augustinus in
libro de vitiis apostoli ait. Vis cognosce-
re quam locuplex sit paupertas. celum emit.
Quibus thesauris proferri potest quod pauper

tati videmus indultum. ut pauper ad regnum
celorum venerit. quod diues possessione sua ob-
tinere non potuit.

Textus duodecim⁹

Augustinus

Nec extollantur si cōi vite de suis fa-
cultatibus aliqd̄ prulerint. Nec de
suis diuitijs magis supbiant. qui
eas in monasterio prunt. q̄ si eis in se-
cula fruerent.

Comentum duodecimum

Ambrosius

Tertium documentum quod noster prece-
ptor diuitibus ad monasterium ac-
cedentibus tradidit est. ut si suis de
facultatibus monasterio pro cōi vita seruan-
da appropria tribuerint. non extollantur mente.
neque etiam verbo se iactent. Verba enim ex-
teriora imago sunt vbi interioris. Perin-
de Aristoteles in libro enunciationum ait.
Voces sunt. note earum. que sunt in anima passio-
num. Propterea si quis iactantem narrat. que mo-
nasterio prulit. signum est ut elatam habeat
mentem. Nec de suis diuitijs magis super-
biat. quod eas in monasterio in fratrum parti-
unt. quasi eis in seculo fruerent. Multo enim
minus malum est. ut quis humiliter suis diuitijs
fruat in seculo. quam superbe partundas inter
fratres proferat monasterio. Ob eam rem diu-
rens noster Augustinus in sermone de superbia
nos admonet ut caueamus et vigilan-
temus. ne superbia inflemur de bonis com-
missis. At enim bonorum duo sunt genera.
Alter quod ad animam. Alter quod ad bona perti-
net exteriora. Ex quibus duo genera nascun-
tur superbie. alter quod carnale. alter quod spi-
rituale dicitur. Namque opes. diuitie. pulchritu-
do. nobilitas generis robur corporis. et alia
hominum exteriora bona sunt de his gloriari. pro-
pter hec fastidio fratres habere. pauperes pro-
sequi. alios proterere ad carnalem spectat
superbiam. At homo scia. sapientia. fortitudo ani-
mæ. pudicitia temptatorum. victoria. singule virtu-
tes mentis. et denique omnia pietatis obsequia.
spiritualia sunt bona. De his qui se extol-
lunt in genus spiritualis superbie labun-
tur. Quippe vtriusque malum. sed hoc peri-
culosius. Vtrumque euitandum. sed hoc su-
giendum. Vtrumque eijcit mentem. sed hoc
infeliciorem facit animam. Hinc beatus

Hieronymus ait. Multo illa deformior est superbia que sub quibusdam humili-
tatis signis latet. sicut sepe numero con-
tingit. ut gloriens quod de peccato superbie
egeris penitentiam. **D** in felix anima ut
de occiso inimico suscitans hostem. super-
biam abijciendo gloriens. mactando su-
perbiam efficiaris superba. Quid hoc per-
nitiosius. quid infelicius. quid periculo-
sius. **N**empe virus hoc naturam habet ut
perarum. propterea summo studio anni-
tendum est. ut hoc genus nostris e men-
tibus penitus euellamus. **L**uceam igitur
ut extolli de bonis operibus fratres. ne de-
iciamur. Quisquis enim in eo quod be-
ne agit intumescat. eo ipso tramite quo pro-
ficat cadit. **E**t porro quanto magis videtur
proficisci. tanto plus deficit. et quanto ma-
gis ascendisse creditur. tanto periculosius
et velocius pro sui ponderositate descen-
dit. **H**inc Cassiodorus dicit. Sathanas
elatus cecidit humilis homo subleuatus
ascendit. **H**inc Gregorius pontifex ma-
ximus in moralibus ait. Omnis super-
bia eo ipso in imo iacet. quo in alto se eri-
git. ut inde magis supposita cunctis sit.
unde cunctis appetit superesse. **H**inc Ber-
nardus fassus est. Superbia de supernis
celestibus ad ima precipitat. humilitas ab
imis ad alta leuat. Angelus e celo ad tar-
tara corruit. homo e mundo ad celum ascen-
dit. **E**t Hugo in commentariis inquit. Omnis
quippe superbia tanto in imo est. quan-
to in alto se erigit. tantoque profundius la-
bitur. quanto excelsius eleuatur.

Textus decimustertius Augustinus

Aequitur alia quippe quecumque ini-
quitas in malis operibus exercetur
ut fiant superbia etiam bonis ope-
ribus insidiat ut pereant.

Comentum decimutertium Ambrosius

Uteruque sunt ad suscipienda
documenta. que de euitanda superbia
tradidit ei detestationem. et ma-
lignitatem adiecit. aperiens ipsam cum-
ctis iniquitatibus. cunctis vitiis et peccatis
perfecto esse nequiorum. quam quecumque alia
iniquitas. quodcumque delictum sit. quippe

illud exercetur in malis operibus. ut fiant.
hoc est. ut illa perpetrentur et sequantur mala.
Superbia homo non solum perpetrare mala in-
tendit. sed etiam bonis insidiat operibus ut
pereant. **E**t ideo in libro de natura et gratia
inquit. omnia vicia in malefactis timido-
do valent. sola superbia etiam in recte factis
est cauenda. in quibus pede celeritate super-
uenit et obrepit. **L**etera vicia similes sunt
leoni. qui apte irascitur. **S**uperbia draco-
ni. qui occulte insidiat. **E**t quanto difficilius
est occultas euitare insidias. quam impetum fu-
gere manifestos tanto ceteris vitiis et ne-
quior et periculosior est superbia. **H**inc du-
plicem finem esse superbie agnoscito mala
utpote vniuersa committere. et bona omnia
tollere quo fit. ut recte scriptum sit. in inu-
m ois peccati esse superbia. **H**erinde precel-
lentissimus doctor Augustinus in sermo-
ne de non alte sapiendo inquit. **S**uperbia
mater est et caput omnium vitiorum. ab ea enim
descendit inanis gloria. inuidia. ira. tristitia
auaricia. voluptas carnis. in qua continetur gu-
la atque luxuria. **A**scendit quis fratres mei
ad sapientiam huius mundi. et dum conside-
rat honores sibi a discipulis exhibitos. ex-
tendit alas suas usque ad terminos orbis
terre. et de se presumens gloriatur. et superbiens
do ac presumendo. in inanis gloria presu-
mentem aggreditur. dum ab alijs querit glo-
riosus videri. **E**t dum sic querit. a quibus-
dam considerat et videt se despici dicentibus.
non est quod a multis creditur. plures nam-
que sunt eo acutiores. plures eo meliores
esse non dubitamus. **I**nflatus homo ille. qui se
omnia putat scire vel singula possidere. vi-
dens quosdam altiores se. in ore cum inui-
dia aggreditur. cuius vestigium ira imitatur. et
non valens iram ope perficere tristatur. et con-
solationem querens tristitia ab auaricia tan-
gitur. ut habeat ut transcendere valeat omnes
Sed ecce cum diuitias congregauerit. sta-
tim in gula et luxurie foueam cadit. **E**t eo
pacto cunctorum malorum radix. et regina est
omnium vitiorum superbia. **Q**uid plura ceteris
vitiis creature offenduntur. superbia homo
suum iaculum in deum immediate enixa est
emittere. dicente Augustino in commenta-
riis psalmodum. **Q**uid superbie malicia dete-
ritur que nec deum habere propositum. **N**ec
velut omnium peccatorum imperatrix. prima
est in delinquendo. vltima remanet in con-

fictu. Ob eā rem enim dei serui cetera su-
perauerint vitia. et ad alta virtutum p̄scen-
derint. ad huc super eis cōtra supbiā pu-
gna. quā nisi expugnauerint. frustra in ce-
teris laborarunt. qm̄ arx et fortilitium ca-
uernosum est. vbi t̄q̄ clamdestini cetera
vitia latēt. Pecunia. disciplinas. ora-
tiones. pegrinatiōes. elemosinas. oim̄ fa-
cultatum distributiones. et omnium virtu-
tum genera facit inutilia. ideo subiunctū
est.

Textus decim⁹ quart⁹ Augustin⁹

Equid p̄dest dispergendo dare
pauperib⁹. et pauperem fieri. si aīa
misera supbi⁹ efficiē diuitias cō-
temnendo q̄ fuerat possidendo.

Comentū decimū quartū Ambrosi⁹

Longe enī meli⁹ esset. si eas in secu-
lo retineret. q̄ sic dimittere. vt in
monasterio deinde supbiant. In
felix p̄fecto est q̄ perit virtutib⁹. et vñ p̄re-
miū expectat. inde tormentum incurrat.
Hāc felicitatem incurrit pharise⁹. qm̄ bo-
na sua opera iactanter in tēplo recensuit.
se q̄dem iustificando. et ipsum condēnan-
do publicanum. Perinde Augustin⁹ ali-
bi sic dicit. Sunt q̄dam qui de contēptu
vane glorie vanius gloriānt. Similiter sūt
pleriq̄. q̄ de cōtemptu diuitiarū vanius
extollunt. quib⁹ sane dicit. melior est hu-
milis peccator q̄ iust⁹ elat⁹. Melior hu-
milis diues. q̄ superb⁹ pauper. Quocir-
ca oīs seruus dei sic puidus. et circūspe-
ctus in suis debet esse actionibus. vt hac
p̄spicaci studeat mente. Imp̄mis nema-
la cōmittat. deinde ne bona negligat. po-
stremo ne de bōis q̄ fecerit extollat. Ete-
nim illa que agim⁹. tunc vere sunt bona.
cum semp sunt ab humilitate custodita.
tunc veraciē sum⁹ pauperes xp̄i. si humi-
les sumus. p̄ amore xp̄i. et tūc quidē sum⁹
humiles. p̄ amore xp̄i. qm̄ abrenuncian-
tes dyabolo sequimur xp̄m. Hāq̄ per
superbiam et cupiditatem. ceu Augusti-
nus libro de salutarib⁹ documentis chri-
stianissime disserit. Dyabolus superbe di-
cit. In celum conscendā. Christus cū hu-
militate dicit. Humiliata est in terra aīa
mea. Dyabolus p̄ superbiam. et cupiditatem

dicit. Ero sicut altissimo. Christus p̄ hu-
militatem cum esset in forma dei et inani-
uit semetipsum formā serui accipiēs. hu-
militauit se p̄i. Factus obediens vsq̄ ad
mortem. Dyabol⁹ per superbiā et cupi-
ditatem dicit. Super astra et alta bo solū
meum. Christus cū humilitate dicit. Di-
scite a me qm̄ mitis sum et humilis corde.
Dyabolus cupidus et supbus per p̄ba-
rationem loquitur dicens. Nescio deum et
israel nō dimittam. Christus cū humili-
tate dicit. Si dixerō qm̄ non noui eū. ero
similis vobis mendax. sed noui eū et man-
data eius seruo. Dyabolus superb⁹ et cu-
pidus dicit. Haec sunt flumina. et ego fe-
ci ea. Christus cum humilitate dicit. Nō
possum a memetipso facere quicq̄. sed p̄i
meus in me manens facit oīa. Dyabol⁹
superbus et cupidus dicit. Haec sunt oīa
regna mundi. et gloria eorū. et cui volo do
ea. Christus cū diues esset. p̄ nobis fact⁹
est paup. vt eius inopia diuites reddere
mur. Dyabolus superb⁹ et cupidus dicit
Sicut colligunt vuc que derelictae sūt. sic
vniuersaz terrā. ego congregaui. et nō sūt
qui amoueret pedē. et apiret os atq̄ gar-
raret. Christus cum humilitate dicit. Si-
milis fact⁹ sūt pellicano in solitudine. vi-
gilauit et fact⁹ sum sicut passer solitari⁹ in
tecto. Dyabolus p̄ superbiam et cupiditatem
dicit. Erigam vestigia pedum meorum.
oēs riuos aggez. Christus cū humilitate
dicit. Nunq̄d nō possum rogare patres
meū. et exhibebit mihi pl⁹ q̄ duodecim le-
giones angelorū. Et ad vltimū concludā
Dyabolus p̄ superbiam et cupiditatem cum
ruina magna ad infernū precipitat. Chri-
stus cum humilitate ad celos subleuatur

Et nos fratres si volum⁹ perficere no-
stri certaminis cursum. et ad eternam bea-
titudinē peruenire. Caueam⁹ impinis cu-
piditatem malā p̄ abdicationem proprie-
tatis. Caueam⁹ superbiam dyabolicā. de
p̄ nos collatis monasterio. et ceteris alijs
bonis operib⁹. nos nō extollendo. et cum
omni humilitate xp̄i conemur sequi ve-
stigia. pauperib⁹ fratrib⁹ bona cōcedendo
infirmos visitando miseris et afflicis oī-
bus prestando solamen. vniōnē. pacem. et
caritatem cū oībus habētes. et eo modo
legis saluatoris. et p̄ceptōis nr̄i Augusti-
regule. veraces erim⁹ obseruātes. Idcirco

8

co adiecit.

Lectus Decimusquintus Augustinus

Omnēs vnanimiter et cōcorditer
vuite. et honorate inuicē deū in
vobis. cuius tēpla facti estis.

Cōmentū Decimūquintū Ambrosius

Quod ait vnanimiter ad vnā spe
ctat voluntatem. **Q**uod adiecit cō
corditer ad vnitatē ceremoniarū
et beatorū moꝝ pertinet. **Q**uod annectit. ho
norate inuicē deū in vobis. id nimirū
fit. si propter deū nos inuicē diligamus.
si solliciti sumus. vt nostrum vnūq̄sq̄ dei
seruet mandata. **U**nanimiter in quā vi
uimus. si vnū in deo aīm habeamus. vt
omnes vnū sentiamus. q̄d ad nostram spe
ctet salutem. **S**i oēs sumus vni⁹ velle in
dei seruādis mandatis. vni⁹ nolle in eui
tandis p̄ugandisq̄ vitijs. vtrūq̄ enim et
velle et nolle ad voluntatē spectat. que si
in aliquibus cōiungant. veri sunt amici.
qm̄ **C**rispo **S**alustio teste. idem nolle et
idē velle ea demū firma amicitia est. a q̄
Barrij **T**ullij nō discrepant sententia.
cum diffiniret. amicitia esse oīm huma
narū. diuinarūq̄ rez cum beniuolētia et
caritate sūmaz consentiōē. **C**oncor
dem autē ducimus vitā. si nostris in acti
bus singulares nō fuerimus. **N**on enī de
cet in vno monasterio cōstitutos discre
pantes esse in ceremonijs. **N**ō decet quē
piam vt si cōuentus reficiat. ipse vt singu
laris appareat. ieiunet si p̄stitutus ē in le
ctione. ipse velit esse in oratione. vt si con
stitut⁹ orando stat. ipse prostrat⁹ iaceat.
multo minus moꝝ decet diffinitatem
vt cū alij taciturni. casti. modesti. et humi
les sint. ipse loquat. luxuriosus. p̄ceps sit
et superb⁹. **I**taq̄ frat̄ qui cōcorditer vi
uere affectat. pri⁹ debet p̄ianos relinque
re moꝝ. vt p̄uersus. inordinat⁹. infestus
indocilis. p̄cip. et petulās minime sit. **D**e
inde sermoues. incessum. statū. oēm mo
tum. et oēm deniq̄ vitam suā sic liberare.
vt cōcors sit illis. cuius quibus nouerit esse
viuendū. **I**s itaq̄ religiosoz hoīm ē
rectus ordo viuēdi. **E**t imprimis in eis
sit vna volūtas. deinde cōcors seruet vi

ta. postremo deum in seipsis inuicem ho
norent. **H**onorat autem a nobis deus. si
eius seruam⁹ mandata. **H**onorat de⁹. si
debitus latrē exhibeat cultus. **H**onora
tur in nobis de⁹. si propt̄ ipsum nos ipsos
diligimus. **H**inc **S**aluator ait. **I**n hoc
cognoscat hoies. q̄ mei discipuli estis. si
dilectionē habueritis ad inuicē. honorat⁹
a nobis deus. si bona opera que agim⁹
deo attribuimus. et in ei⁹ referimus maie
statem. **C**um enī egerimus hec. eius tem
pla facti erimus. per superuentē et in
habitantem spiritum sanctum eius in no
bis. **E**a vō assequi non possumus. nisi p̄
fugam propteritatis. et supbie et p̄ pauper
tatis et humilitatis amplexū. **Q**uoniam
sicut illa duo omnis discordia. ois odij.
omnis dissensionis. omniū contentioniū
guerrarum et belloꝝ sunt causa. **I**ta hec
paupertas et humilitas caritatē generat.
caritas vō vnitatem nutrit atq̄ concor
diam. **U**nitas autem et concordia nos ef
ficiunt templū dei. **P**ropterea preceptor
noster ad cōmunionem seruandam. ad re
pellendam superbiam. ad amplectendam
vniōnem et concordiaz nos tanto ordine
tantozq̄ studio concitauit.

Lectus Decimus sextus Augustinus

Orationibus instate horis et tem
porib⁹ constituitis.

Cōmentum Decimū sextum Ambrosius

Abelantibus celū ascendere. op⁹
est. vt imprimis caritate ferueat.
subinde quod ex altero necessa
rio sequitur. vniōnem pacem et cōcordi
am habeant. postmodum terrena suppe
ditent. **Q**uarto vt relecta superbia humi
les sint. hec ad hunc vsq̄ locū preceptor
noster iussa tradidit capeffenda. nūc ma
gnū vehemensq̄ vehiculū. quo ad deū
magnopere subleuamur. iubet ascendere
Hec quidez oratio est. que post predicta
sane iubet. quoniā sine illis proflus abs
q̄ fructu habetur. **H**inc probe dicim⁹.
q̄ oratio serenat cor. si sit a caritate suc
censa. **P**urgat a vitijs. si cū fraterna emit
tatur concordia. **A**bstrahīt a terrenis. si a
paupere spiritu fiat. **S**ubleuat ad celez

199

itia. si a drito et humiliato pficiat corde. De qua Augustinus. Impunis mari-
mū ponit incantemū cum dicit. Orationibus instate. Subinde et tempore oran-
dum sit docet. cū annectit horis et tempo-
ribus pstitutis. Tertio oratorij subiungit i-
munitatē cum ait. in oratorio nemo aliqd
agat. nisi ad qd factū est. Postremo mo-
dū adiecit orādi dicens. Psalmis et hym-
nis cum orate deum. h̄ veres in corde qd
pferē in ore. Adouet itaq; nos impunis
ad orandū huic verbis. Orationibus in-
state. Instare inquā debem⁹. qm̄ sine mo-
ra excussa pignitia. curis mundanis sub-
latis. et omni reiecta tepiditate. et absq; in-
termissione orare debem⁹. aliqū nescio q
pacto de nostris orationibus illa Augusti-
ni poterit verificari sententia. Orationē
definiens. esse ascensum aie de terrestrib⁹
ad celestia. Inquisitionē supernoz. In-
uisibiliū desiderij. Discessionē seculariū
moz. quibus q̄tidie mens premis huma-
na. Orationibus item instare debemus. qm̄
vt Augustino in tractatu de oratiōe inē-
rogare liceat. Quid est oratione precla-
rius. Quid vite nostre utilius. Quid ani-
mo dulcius. Quid in nostra tota religio-
ne sublimi⁹. Oratio est q̄ nos xpianos p-
uocat. Oratio est qua cū deo loquimur.
qua patrem dicimus. qua vniuersa desi-
deria nostra in aspectu maiestatis ei⁹ ef-
fundim⁹. Oratio est. que celos penetrat.
nubes trāsit. dei aures attigit. Hec in
ecclesia vniūsis gradibus necessaria ē. Hec
carthecuminis spm̄ fidelibus p̄sidiū. peni-
tentibus solacium prestat. Hec iustos cōti-
net. pctōres subleuat. Per hanc etiam qui
stāt non cadūt. et q̄ elisi sunt engunt. Hec
vte etas ois et sex⁹. Hec p̄ditio ois et di-
gnitas. Hec magna seruat. h̄ tutat et mia.
p hanc diuites tuti sunt. p hanc paupes
nō deficiunt. hec illoz abundantia excu-
bat. hec vt ab ipsis penuria repellat exor-
tat. in hac gubernamur in p̄speris. p hanc
fiduciā gerim⁹ in adūsis. hec nob in gau-
dijs iocūda est. h̄ in luctibus suavis. Per
hanc leticiā p hanc tristitiam declinam⁹.
Huc autem ai nostri pond⁹. et tedij. vo-
tūaq; oia cōmendam⁹. Hanc q̄si fidelez
sequēstram⁹. et quasi idoneā et tutissimam
nauem vniuersoz desiderioz nostrorum
mercibus oneram⁹. q̄ vt ad oipotentes

Deum p̄spero felicisq; curso pueniat. exp̄-
sis manibus suisq; precibus eitemur. per
hanc oia timoris dñi ornamēta p̄cipim⁹
p hanc q̄cquid fides inchoat. spes cumu-
lat. caritas decorat. assidua de p̄catiōe ser-
uam⁹. p hanc castitatē tuemur. cōtinentia
q; virtute gubernamur. p hanc in p̄fessio-
ne p̄sistim⁹. in tēptatione duram⁹. p hanc
p xpo corporis vincula sustinem⁹. p hanc
postremo beata martyria p̄sumam⁹. O
q̄tū igit est fratres mei orationibus instan-
dum. ex q̄bus tot adipiscimur ornamen-
ta virtutum. quantūq; eis sp̄ vacandum
ex q̄bus tot tantosq; nouim⁹ effect⁹ per-
uenisse. q̄s enī orationis efficientiam ex p̄li-
caret. q̄s eius enarrat mysterium. Ecce vt
Aug⁹. in sermōe de oratione mellifluis ver-
bis vtar. Ad oyses orabat in mōte. et Jo-
sue Amalech deuincebat in p̄lio. p orō-
nem Ezechias sanat. et aie corporisq; sa-
lutē adipiscit. p orōnem Hieremias con-
fortat in carcere. Daniel inter leones ex-
ultat. Tres pueri in fornace tripudiant.
Job in sterq̄linitio nudus triūphat. Para-
ditum de cruce latro iuenit. Susanna in-
ter senes defendit. Et hanc clamores ex-
audiunt. De Magdalena septē eijciunt
demonia. Stephan⁹ de torrente. in celis
suscipit. et in lapidantes pro Saulo ex-
audit. Saulus efficit Paulus. et doctor
gentiū. et p̄dicator orbis terre. Et qd̄ an-
plus dicā. Nunq̄d et ip̄e Aug⁹. de hoste
fidei. p orōnem factus est p̄pugnaculum
fidei. De vase erroris factus ē doctor ve-
ritatis. de tenebrosa caligine fact⁹ est lu-
bar splendidū. Orauit Monica sanctissi-
ma. plorauit et lacrimata ē pietissima m̄r
p suo p̄dito filio. p suo nato i errores de-
merso. Et sic ad lacrimosam ei⁹ orōnem
deus respexit. vt nō solum catholici effi-
ceret xpianū. sed totius xpi fidei institue-
ret defensorē. O q̄s igit grandis. q̄s excel-
sa. quāq; efficac orationis virt⁹. merito igit
ait. orationibus instate. Non simplicit̄ in q̄t
orate. sed orationibus instate. qm̄ non ideo
est ab oratione desistendū. si obstrepentius
cogitationū tumult⁹ mentem ab oratio-
ne distrahat. aut si nō illico nos exaudiet
deus. sed orando pulsandoq; sic est p̄se-
ueranē instandum. quousq; importunas
desiderioz carnalium suggestiones. que
nostris obstrepūt sensibus fortissima supe

rem⁹ intēione. ac tam diu op⁹ insistere ē.
quousq; p̄sistēdo vincam⁹. Nō em̄ desistē
tib⁹. nō tepidis. nō ociosis. nō negligentibus.
sed vsq; in finē feruenter p̄seuerantibus.
celestia regna donant. Hinc Saluator ait.
Nō qui inceperit sed q̄ perseuerauerit. vsq; in
finem. hic saluus erit. Hinc rursus scriptū est.
Regnū celozū vim patitur. ⁊ violenti rapiūt
illud. Hinc Antiquus s̄mo dicit p̄seuerantie
triumph⁹. et palma dat̄ victorie. Hinc aristoteles
a fine om̄ia appellari iustū esse asseuerauit.

9 Celoz igit̄ Rex inuictissim⁹. nostris
in supplicationib⁹ instantiā importunitatē
q̄ a nob̄ requirit. Hinc in euāgelio ait
Petite ⁊ accipietis. querite ⁊ inuenietis
pulsate ⁊ aperiet̄ vob̄. Magna em̄ ⁊ excelsa
munera facile dari minime debent. Nēpe
magnitudini p̄mior mensura debet correspondere
desiderioz. At em̄ oculus nō vidit. nec auris
audiuit. nec in cor hoīs ascendit. q̄ de⁹ p̄parauit
diligentibus se. Propterea b̄tus Gregori⁹ stupēs
interrogat. Que aures lingua dicere. vel
quis intellect⁹ capere sufficit. illa sup̄nitatis
quāta sint gaudia. angeloz inter esse choros.
cū beatissimis spiritib⁹ glorie p̄ditor⁹ assistere
p̄ntēz dei vultuz cernere. in circūscriptum
lūmē videre. nullo metu metū affici. in
corruptionis p̄petue munere letari. Quocirca
si p̄mas orationes de⁹ nō exaudit. si ad
p̄mas lacrimas nō attendit. nō iō desistendum
est. sed instar Canance afluuii liberari
petētis. Instar Magdalene dñm in monumēto
inuenire affectantis. Instar Anne p̄leis ex
suo viro Alchana suscipe cupientis. Instar
Joachim ⁊ Anne h̄ginitis gloriose parentū.
Elizabeth ⁊ Zacharie. ⁊ altaz pluriū ex se
sobolē habere querentium instandū est.
hoc m̄ illa pietate plena diua Al. onacha
effectit. q̄ prius Augustinus carne mūdo
pepererat. postmodū caritatis viscerib⁹.
multo lacrimaz semine eum genuit x̄po. ⁊ qm̄
multū feruenter. ac instanter orauit. multū
flevit. multum ad aures diuine pulsauit
maiestatis. Multas ad illā p̄ces emisit.
multas fudit lacrimas. multas destinauit
supplicationes. in quibus sua feruentissima
p̄debat desideria. explicabat mentē. in
sinuabat anim. multū cor ei⁹ obsecrando
p̄triuit. multū petēdo

se humiliavit. multū piētissima sūma dei
maiestas. dignata ē eā exaudire. qm̄ non
solū lauacro fontis baptismat⁹. sicut ipsa
petebat renasci meruit. s; ut p̄ceptor mūdi.
heremi cultor. pastor gentium. fundator
religionū. instaurator vite aplice. lumen
ecclie. doctor doctor. abyssus sapientie. ⁊ p̄co
sūm⁹. sanctissime foret trinitatis donatū
est. Hanc imitemur fr̄es. tante m̄ris sequamur
vestigia. q̄ nullis p̄cedo laborib⁹. oibus
sublat⁹ comodis. nulla itinēz curando
discrimina. oī tecto fastigio sine intermissione.
cū vberissimo fonte lacrimaz. p̄ sui filij
Augustini salute et iūto amaro cordis
preces fundebat ad dñm. Hui⁹ amata ⁊
cōpagnon⁹ imitatio feruorē. ex sterilib⁹
lūbis coarctatū illud sidus Nicolai
Tollentinatē Augustini ordinis dec⁹
genuerūt. O igit̄ sancta oīo Tu es colūna
sanctaz virtutū. Tu deitas scala. Tu viduaz
marit⁹. Tu virginū gloria. Tu iugataz
leuamen. Tu p̄turiētū iuuamen. Tu
sterilū soboles. Tu angeloz cognata. Al.
onachoruz corona. Oberrantiū via. Egrotor
sanitas. Afflictor⁹ solatio. Fluctuantū port⁹.
Patiētia pauper. Beat⁹ q̄ te amat. Beatior
q̄ te frequētat. Beat⁹ qui te astringit. s; beatior
qui in te p̄seuerat. Felix itaq; q̄ tecuz
lacrimas fundit qm̄ holocaustū sanctum
deo. ⁊ immaculatum offerre nō dubitam⁹.

Orationib⁹ igit̄ instate fr̄es. ⁊ in stando
flete. si v̄is in petitionib⁹ exaudiri
desideratis. si digni cōcupiscitis gr̄a dei fieri.
Et sequit̄. Hōris ⁊ t̄pibus p̄stitit. ⁊ c.
Et q̄q; oēs qui deo p̄ fidē adheserunt. in
hanc ueniāt s̄niam. vt nobis iō opus sit
quidiana oīone. vt qui quidie delinquit
p̄tinua assiduaq; nos purgem⁹ satisfactio
ne. De hōis t̄pibus ⁊ t̄pibus p̄stitutis nō
eā de oīm videt̄ esse s̄niam. Nāq; nōnulli
extimarūt nūq; ab oīone esse cessandū.
pp̄t̄ id qd̄ Saluator in euāgelio dicit. Dp̄
tet̄ sp̄ orare ⁊ nō deficere. ⁊ apl̄s ait. sine
intermissione orate. ⁊ Augustin⁹ in sermone
de oīone cū triplici v̄itate orationem
esse faciendā astruxit. v̄t pote in oī loco. in
oī tempore. ⁊ pro oibus. orate inq̄t semp
⁊ in oī loco. vt saluemini. nō solū vnusq; q̄
pro se. s; pro oibus orare debem⁹. ⁊ rō
nem quā a viro sanctissimo Ambrosio accepit
adicit dicens. Nā vt ait pat̄ Am⁹

brost. Si p te tm rogauer? solū tuū meri
tū possidebis. Sed si p omnib? rogauer?
omnes p te rogabunt. Hanc orādī pseue
rantā fortius in pmentarijs sup ps. asse
uerauit dicēs. Quādiu hic sum? rogem?
dñm. vt non a nob amoueat deprecatione
nē nrām 7 misericordiā suam. vt pseuerā
ter orcm? 7 pseueranter misereat. Multi
em̄ in orando languescūt hi scz. q̄ in no
uitate sue puerionis feruenter orāt. post
ea languide. postea frigide. postea negli
genter. q̄ si securi hāt. Vigilat hosti? tot
mis tu. Ipse dñs pcepit in euangelio. qz
oportet sp orare. 7 nō deficere. igit non de
ficiam? in orōne. Ille etem̄ qd̄ decessurus
est. 7 si differt nō auferet. Securi igit de
pollicitatione ipsius non deficiamus in
orando. Alij ho huic snieqz omī die orā
dum sit. assentientes. nō astruūt. qz omī
bus horis 7 omī momēto orare debeam?
qm̄ hec solū angeloz 7 abstractoz men
tū est pfectio. 7 dū in hac sum? via dum
terrenis artub? dū ponderoso corpe. dū
humi mens nra fuerit defixa. ad tantā cel
situdinē effert neqm̄. Cuius snie aiunt
Augustinū fuisse non soluz hoc in loco.
vbi non sp. sed horis 7 tpib? cōstitut? ait.
esse orandū. sed etiam in secunda regula.
7 in tractatu de margaritis paradisi. vbi
certa descripsit orationis tpa seruanda.
Nos aut̄ ambiguitatē de medio ause
rentes. duo esse orōnis genera desinim?
altez ministeriale 7 publicū. altez deuo
tionis 7 priuatū. Ad pmi obseruantiam
certas horas. certa qz tpa ab ecclia insti
tuta. plane pstat. Hanc qz gen? hoc in sep
tē horas canonicas ecclia ipsa. cuius hec
est auctoritas faciendi. ob multa in septe
nario numero significata mysteria p̄ita
est. q̄ quidem hore ab his. q̄ in sacris sunt
p̄stituti absqz mortali labe p̄termitti ne
qua qz p̄t. Hoc gen? publicū etiam dici
tur. qz publice coram populo. 7 p omī re
publica xp̄iana in ecclesijs celebrat. Al
terū gen? priuatū est. qz a priuatis perso
nis. p priuatis necessitudinib? aut p p
uata salute fuit assumptū. ad qd̄ ipsa refe
renda est p̄tinuitas. Dix enim in modū
op? est. vt suggestionib? dyaboli. tēpta
tionib? mundi. fomentis carnis. et alijs
innumcris. q̄ non solum dieb? singulis.
sed singulis momentis imminent. p hu

miles 7 p̄tinuas supplicatiōes petam? li
berari. Sed quispiāz diceret. quis enī
hō tante mentis 7 corporis fortitudinis
est. quis oibus ita curis solutus. q̄s tan
to feruore succensus. tāta gratia imbut?
vt hoc absqz interuallo ope cōplere que
at. Ut neqz sp̄s neqz apls aliquid videa
tur impossibile p̄cepisse. Sano sunt sen
su eoz iussa suscipienda. Nemo enim ad
impossibilia tenet mādata. Itaqz vt vtri
usqz 7 xp̄i q̄ semper orare oportere. 7 nūqz
deficere. 7 apli qui sine intermissione orā
dum dixit. habeat intentio. trifariam pos
se orationē fieri dicimus. voce. s. mente. 7
exteriori actione. de prima quidē psalmi
sta ait. Voce mea ad dñm clamaui. De
altera idem Eutharedus inquit. Deside
rium paup̄ez exaudiuit dñs. De postre
ma glosa. sup eodem verbo xp̄i dicit. Nō
desinit orare. qui nūqz desinit benefacere
Ob eam rē cuidam interroganti. q̄ pacto
illud posset adimpleri mandatum. Ysaac
abbas. ceu in sanctorz p̄m collationibus
habet. in hac verba prupit. Cū mens no
stra ab oi fuerit passione 7 pōdere suble
uata. 7 illi sūmo deo ardētissimo deside
rio p̄iuncta. tunc p̄lebit? illud apli. Si
ne intermissione orate. Tūc enim de ter
reno situ mens nostra q̄si ad puritatē an
gelicam sublimata quicqd̄ egerit sinceris
sima atqz purissima dicit oratio. Ille et
go semp orat. 7 sine intermissione p̄caat
qui aliq̄ hoz genere semp est occupatus
qd̄ peragere nulli profecto reputam? im
possibile. etiā si somno ligatus sit. dūmo
do cum orandi dormitauerit desiderio.
Etenim ob p̄existētē phie habitum quis
piam etiā dormiēs phs est. p̄inde Augu
stinus in cōmentarijs super ps. xxxv. lo
cum istū secum disputans ita trālegit. Di
cit Aplus. sine intermissiōe orate. nūqz
sine intermissiōe genua flectimus. nūqz
sine intermissiōe corp? prosternim?. ma
nus autē leuam?. vt dicat sine intermissio
ne orate. Hoc puto sine intermissiōe nō
possum? facere. Est 7 alia rō sine intermis
sione. que ē desiderium. Quicquid aliud
agas. si desideras supernā quietem. nō in
termittis orare. Si non vis intermittere
orare. noli intermittere desiderare. cōti
nuū desiderū tuū. p̄tinua est vox tua. ta
cebis si amare desiteris. Sed si sp̄ manet

caritas. semp clamas. si semp clamas. sp desideras. si sp desideras. sp oras. At etiã ad publicas z canonicas horas in eccl'is celebrandas hanc orandi p'unitatē possumus p'culdubio referre. nō quidem re spectu vni⁹ z singularis ecclesie. sed si ad totā ecclesie vniuersitatez per totū orbem terrarū effusam. eā referamus. P'q̄q̄ sapientē latet neminō dies in oī hemispeno equales nō esse. sed nūc in alio lōgiores nunc hō z in alio esse breuiores constat. In sup semp alicubi esse diem. z alicubi esse noctē. fit ex his sane vt qm̄ in aliqua regione ē media nox. in alia sit hora prima diei. alia hora tertia. z sic deinceps. Trā signat ex his nōcario. q' sp alicubi est media nox. sp alicubi est hora p'ma. sp alicubi est hora tertia. sp alicubi est hora nona. semp per alicubi ē hora vesperi. semp alicubi ē cōpletorij. Et quib⁹ necessario inferim⁹. semp alicubi horas canonicas celebrari. z eo pacto Saluatoris verbus. q' semper orare z nūq̄ deficere iussit. Et dictū apostoli Pauli. q' sine intermissione oranduz p'cepit. bñ z congrue possum⁹ interpretari. vt. s. p'ceptū hoc ad vniuersalē nō quidez ad aplicam singularem dirigat ecclesiam q' etiã pacto institutum p'ceptoris nostri Augustini sane pōt exponi. cū dicit. orationibus in state horis z t'pibus p'stitutis Instate inquit. i. sine intermissione oratis. Hoc est horas canonicas. horis et t'pib⁹ ab ecclia p'stitutis. sine inēmissiōe celebret referēdo p'ceptū nō ad fratres alicui⁹ singularis monasterij. sed ad totaz fidelium multitudinē eius regulā sectantiū. q's in spū in vniuerso orbe terrarū p'uenit esse futuros. Quocūq̄ autē modo. siue publice. siue priuate. q's orat. ad tam dignā tāq̄ p'stantē actionem exequendā. non tā p'fco. q̄ deuotus z ardēs et modestissimus debet accedere. Itā quis ē tam inuisus. qui cū ad loquendum mūdantū regē accedit corpore. mēte. verbisq̄ nō studeat cōposit⁹ accedere. At enī nosse debemus. q' orare nil aliud ē q̄ cuz sūmi dei maiestate. cui oēs beatorz spiritūū contiones assistunt loq̄. Propterea Augustin⁹ in libro de orōne dñica dicit. Sit orantibus sermo. z p'dicatio cuz disciplina quietē p'ueniens z pudorē. Cogitem⁹ nos sub spectu dei stare. placendis diuinis ocu⁹

lis. z habitu corporis. z mō vocis. Nā vt imprudētis ē clamorib⁹ strepere. Ita sapientis modestis p'cib⁹ exorare. Sed sunt nōnulli qui an temp⁹ orare student alij hō constituta obseruant t'pa. Quidā z mente z corpore hebetes illa pretereūt primi laudandi sunt tāq̄ prudentes. qm̄ ante temp⁹ orare est puidētia. dūmodo id non faciāt. vt quietius dormiant. vt delectabilius epulent. vt accuratius mūdant occupationib⁹ miscant. Alteri extolendi sunt tāq̄ obediētes. qm̄ orare in tēpore est obediētia. que q̄nto p'stantior virtus est. q̄ puidētia. tanto magis secundi adipiscunt meritū q̄ primi. Tertū genus oratorz est omnino fugiendū. qm̄ sine peccato z sine maledictiōe orandi tempus preterire nō possum⁹. hinc scriptum est. Maledictus hō qui facit op⁹ dei negligenter. Am̄ enim dānosas canonicas intermittere horas. q' etiã restitute nō amplius merent nomē officij. orationis nomen tenent. officij autē non tenēt. Et vt quietiori attentiorq̄ anuno. fieri possit oratio adiecit.

Lectus Decim⁹ septim⁹ Augustinus

In oratorio nemo aliqd agat nisi ad qd factum est. vñ z nomen accepit. vt si forte aliqui z p'f horras cōstitutas. si eis vacat. z orare voluerint. nō eis sint impedimento. qui ibi aliquid agendum putauerint.

Cōmentū Decim⁹ septimū Ambrosi⁹

Magnopē cauendum est. ne in tēplo dñi aliquid fiat qd ocul⁹ diuine maiestatis offendat. vel ibi orare volentes ipediat. p'inde Bernard⁹ ait. Omnino diuine celsitudinis p'ditorz se esse nouent quicūq̄ est ille. qui vitia q̄ libet in hanc domū conat inducere. z tēplum dei speluncā vult facere demonioz Ob eam rem saluator noster vendētes z ementes de tēplo eijciens. z mensas numularū subuertens dixit. Dom⁹ mea domus orōnis vocabit. Hos autez fecistis eam speluncam latronū. Dom⁹ mea inquit q' ois ecclesia z omne templum domus dei est. Dom⁹ mea inquit. vt se deū

se dñm esse insinuaret. Dom⁹ mea inq̄t.
vt intelligerem⁹ eum nō solum possessore
sed factorem esse diuine dom⁹. nemo enī
pōt ecclesiam edificare. nisi a deo. motus
p̄pterea scriptū est. templū dei sanctum ē
dei structura est. dei edificatio est. Et sub
dit. dom⁹ orionis vocabit̄. q̄ in tēplo dei
nō nisi orationes. obsecratōes. ⁊ diuina de-
bent administrari sacramenta. hinc pre-
ceptor n̄r ait in oratorio nemo aliqd̄ agat
nisi ad qd̄ factus est. vñ ⁊ nomen accepit.
Quippe oratorum ab oratione dictū est. et
p̄pter orationem faciendaz erectū est. quare
nihil est ibi aliud agendum q̄ orandum
Cauete igit̄ fratres alias ibi facere p̄sa-
bulationes. cauete non dico t̄m opari. sed
nec etiam ibi aliquid cogitare. qd̄ iniustū
qd̄ turpe. qd̄ inhonestum. ⁊ vanū sit. Ca-
uete ibi nō solum corpore. sed nec mente
vagari. Ecclesia enī est domus dei. ec-
clesia est porta celi. ecclesia est dom⁹ sa-
lutis. In ecclesia est illa scala Jacob. cu-
ius sum̄tas celostangebatur. p̄ quā descen-
dentes ⁊ ascendentes angelos vidit. Ibi
oculus dñi cunctos n̄ros intuet̄. ⁊ discer-
nit act⁹. Ibi thronus sue maiestatis. Ibi
cum nos sum⁹ oratores. ebori angeloz as-
sunt laudatores. Ibi peccatores recōcili-
ant̄. Iusti sanctificant̄. celestia tractant̄
sacramenta. diuina explent̄ mysteria. ⁊ ce-
lestes effundunt̄ b̄ndictōes. Idcirco Sa-
lomon hoc pacto p̄ edificato templo ora-
uit. B̄ndic dñe domū istam. quam edifi-
caui noi tuo. venietū in loco isto. Exau-
di p̄ces in excelso solio glorie tue. Dñe si
p̄uersus fuerit popul⁹ tuus. ⁊ orauerit ad
sanctuarium tuū. Tu exaudies eos. ⁊ di-
mitte peccata eoz. Q̄ igit̄ metuendus
o q̄ venerand⁹. o quanta cū deuotiōe fre-
quentandus est loc⁹ ecclie. hinc cōmen-
dat̄ Eubias. q̄ frequentē. s. ibat ad tem-
plum orans deū. hinc angelus ap̄to car-
cere in q̄erant apli. dixit eis. Ite ⁊ loq̄mi-
ni in tēplo v̄ba vite. hinc laudat̄ Eunuc⁹
candaq̄ regine ethiopū. qui de ethiopia
veniebat ad hierusalē ad visitandum tē-
plum. hoc nos docuit. Eubius faciendū
qui nunc p̄ oblationem quadragenariā.
nunc p̄ disputationem cū doctozib⁹. nūc
orando. nunc docendo. nūc p̄dicando. nūc
q̄ desistit ⁊ visitare ⁊ honorare templum
dei.

Lectus decimus non⁹

Augustin⁹

Psalms ⁊ hymnis cū orat⁹ deū.
hoc verset̄ in corde quod p̄fert̄ in
ore.


Cōmentū decimū nonū

Ambrosi⁹

Quam psalmis hymnis. ⁊ quibus
cūq̄ alijs obsecrationib⁹ deū ora-
mus. nō de labijs t̄m. p̄cedat ora-
tio. sed toto sim⁹ aīo intēti ad ea que ore
p̄ferim⁹ ne qd̄ absit. de nobis saluator di-
cat. qd̄ contra iudeos proclamauit dicēs
Hic populus labijs me honorat. cor autē
eoz est longe a me. p̄inde gloriofissimus
preceptor noster Aug⁹. in libro de oratione
dñica ita nos admonet. Quando stam⁹
ad orationē fratres dilectissimi vigilare ⁊
incūbere ad preces tota mente debemus.
Cogitatio ois carnalis ⁊ secularis abse-
dat. nec quicq̄ tunc anim⁹. q̄ id solū co-
gitet. qd̄ precatur. Ideo ⁊ sacerdos i pre-
fationis exordio pat̄ fratrum mentes di-
cendo. Sursum corda. vt duz respondet
plebs. Habem⁹ ad dñm. ad mōeas. nihil
se aliud q̄ deū cogitare debere. hoc hor-
tatur apls. cum ait. Psallam sp̄ritu. psal-
lam ⁊ mente. Hoc Bern. super cantica p̄-
suadet dicens. pure psallere debetis. nil
aliud dum psallitis cogitando. ⁊ q̄busdā
interpositis rōem̄ adiecit. qm̄ sp̄s sanctus
illa hora gratū nō recipit quicquid aliud
q̄ quod debes. neglecto eo qd̄ debes ob-
tuleris. hoc dñs in euangelio p̄cepit cuz
dixit. Cum oraueris intra cubiculum tuū
⁊ clauso hostio ora p̄rem tuū. qd̄ enī cubi-
culum nisi arcanū mētis intelligere volu-
it. Cubiculum q̄ tuū. secretum interioruz
tuoz est. Cubiculum tuum p̄scia tua est.
Cubiculum tuū aīa tua est. Cū igit̄ ora-
ueris intra in eaz. s̄ est intellectu ⁊ mente
pu⁹ p̄cipias qd̄ orare intendis. hinc bea-
tus Ambrosi⁹ de sacramentis ad neophi-
tos ait. Intra in recessum pectoris tui. et
tot⁹ ingredi. nō te p̄functione videas.
sed diligenter p̄spicias. vt ille cui placere
desideras. vidiat q̄ ex toto corde oras. vt
te ex corde orantē dignet̄ audire. Et sub-
dit redēptor n̄r. Et clauso hostio ora pa-
trē tuum. qd̄ est enī hoc hostium. qd̄ clau-
dere debem⁹. Nampe ē ⁊ hostiū p̄scie. de
q̄ ipse in sua Apocalipsi ad Jobem dixit

Ego sto ad hostiū z pulso. z est hostium
 oris. iuxta p̄ces David dicētis. Pone cu
 stodiam ori meo. vt nō delinquat lingua
 mea. **U**trūq; claudere debem⁹. p̄mū q̄
 dam ne dyaboli obrepant tēptatiōes. vñ
 Aug⁹. ad p̄fata verba adiecit. **C**laudaſ
 5 aduersariū pect⁹. z soli deo pateat. nec
 ad se hostē dei tpe orationis adire patiat
 7 **O**brepit enī frequēt z penetrat. z fal
 lēs subtiliter preces nostras a deo abuo
 cat. vt aliud habeam⁹ in corde. aliud in
 voce. qñ intentiōe sincera dñm debeat nō
 vocis son⁹. s; anim⁹ z sensus orare. **Q**ue
 autē segnitia ē. alienati z capti ineptis co
 gitationib⁹ z p̄phanis cum dñm depre
 caris. qd aliud est qd magis debeas cogi
 tare. q̄ id qd cū deo loqueris. **Q**uo te au
 diri a deo postulas. cū te ipse nō audeas
 8 **H**is esse dñm memorē tui. qñ tu ipse me
 mor nō es. **R**ursum hostiū oris clau
 dere debem⁹. **T**unc autē ipsum claudim⁹.
 si qñ oram⁹. nō sermone clamam⁹. nec no
 stram ob mūdi gloriā diffundim⁹ oratio
 nē nec nos iactam⁹ in populis. z ideo in
 secreto cōscientie nr̄e securi oriem⁹. vt nos
 in secreto possit audire qui oia videt atq;
 9 **a** audit vniuersa. **E**t qñ orare z pfallere
 in ecclesia p̄ celebrandis horis oportz. eo
 vt dñm est moderamine. vt sic populo et
 ecclesie satisfiat. q̄ten⁹ mens immortalī deo
 nullaten⁹ displiceat. attendēs semp ad id
 qd diuus Bern. ait. q̄ ille alte cātat. qui
 humilē cantat. plus enī attēdit dei maie
 stas ad deuotiōnē z puritatez cordis. q̄
 ad modulationē vocis. p̄pterea in suariū
 p̄fessionū libro Augustinum dixisse legi
 mus. **C**uz accidit. vt me ampli⁹ cant⁹ q̄
 res que cantat moueat. penalē me pec
 care p̄fiteor. z tūc mallem nō audire can
 tantē. perinde a qdam sapiente scriptum
 est. **H**ō vox sed votū. non fidū sonantiū
 musica sed cor nō clamor. sed amor cātat
 in aure dei. **H**inc Athanasī⁹ alexandrin⁹
 ep̄s at tā modico flexu vocis iussit psal
 mos decantari. vt lector pronūciāti sitior
 esset q̄ canēti. p̄pterea beatus Cesari⁹ vo
 ces extollentes detestādo inquit se vidisse
 demonem impleuisse sacculū tumultuo
 sis vocib⁹ sublime in choro canentiū.
 10 **Q**uas obres vt deo grate nostre sint oīo
 nes. breui cōplectar sermōe. que op⁹ sunt
 oratorib⁹. **I**taq; impūnis rerū terrenaz

relinquat sollicitudo. subinde ceteroz ne
 gocioz fiam⁹ imemores. **D**etractiōes. itē
 vaniloquia. z oēs scurrilitates de nostris
 mentib⁹ amputem⁹. **N**ihil deniq; tristi
 cie. nihil p̄turbatiōis. nihil elatiōis. nihil
 concupiscentie. nihil deniq; liuoris in no
 stro resideat aīo. sed sit mēs deu ora. sit hu
 milis. sit iusta. sit casta. sit caritate succen
 sa. sit ita deo intēta vt petitiōis ac sui vi
 deat oblita. petitiōes ipse honeste. eque
 ue sint z salutifere. **H**is quippe oib⁹ bea
 te. **P**onice p̄dicta sūopere cōmēdat oīo.
 vñ Augustin⁹ ad sororē suam sanctimo
 nialez virginē de ea scribit. q̄ sua iu oīo
 ne se penumero tanta spūsancti repleat
 ebrietate. q̄ in ea vere tota die dñi esset rex
 in acubitu cordis sui sic q̄sceret. vt neq;
 vox neq; sensus in ea perciperet. nec mirū
 inqt. qm̄ par illa que erupat oēm seusum
 intm̄ vidue corporales sepeliebat sensus
 vt vit matrone z conuicine nostre eā pū
 gentes excitare valerent. **I**n die autē san
 cti Cipiani dñi hec xpi ancilla diuina me
 rereſ accipere sacramēta. dñi essz in domo
 orans. fere a terra p̄ cubitum eleuata su
 it clamando. que q̄tissima esse consueue
 rat dicens. **V**olem⁹ ad celum. volem⁹ ad
 celū fideles. quā cum postea interrogare
 mus qd sibi acciderat. nō respondebat. s; tñ
 replebat gaudio. q̄ oēs ad festum per
 ducebat. cantās cū propheta. **C**or meū z
 caro mea exultauerunt in deum viuū. **E**t
 dñi quadā die eadē ancilla xpi p̄uēta et
 visitata a te dñe. beneficia tua q̄ tu in car
 ne humano generi clemens exhibuisti. cō
 sideraret. tantā compunctiōis gratiam. et
 lacrimarū copiam. torculari tue crucis ex
 pressam in passiōe adinuenit. q̄ vestigia
 ei⁹ per ecclesiā lacrimę desuper pauimen
 tū copiose defluentes ostēdebant. z qñ
 to plus a fluētia hortabat desistere lacri
 marū. tanto maior fluuī⁹ oriebat illarum
 ad quos etiā mētis excessus. sicut in sua
 rū confessionū volumine ipse cū gratiaz
 actione confiteſ. **A**ugustin⁹ sepissime ra
 piebat. vñ ait. aliquando intronittis me
 in affectū multū inusitatū introrsus. ne
 scio ad quā dulcedinem. que si perficiat i
 me. nescio quid ent. **S**cio tñ q̄ ista vita n̄
 crit. **S**ed dices. quis tot orationis circū
 stantias adimplere. quis ad tantā purita
 tem deuenire. vt ita rapiat valebit. **D**i



timas vt humiles cor tuū. si vis vt ora-
tio tua nubes penetret. celos ascendat
Hic ex altari. nō desinas humiliari. et qz
omne datum optimum. et omne donum
perfectum a deo est. petas ab eo humili-
ter. qui dat omnibus libenter petas in qz
vt te in orando purum in contemplādo
humilem faciat. et ad supernos eleuet ex-
cessus. **D**isce a preceptore nostro Au-
gustino. qui multifariāz multisqz modis
obnixe dei precabatur maiestatem. vt ad
huiusmodi effectus introniti mereretur
Et imprimis qualiter in libro de contem-
platione saluatoris oret. audiamus. **Tu**
es inquit domine vita mea quz viuo. tu
es spes mea. cui inhereo gloria. quā ad-
pisci desidero. **Tu** mihi cor tene. mentem
rege. intellectum dirige. amorē erige. ani-
mū suspende. et in superna os fluente siti-
entis te spiritus trahere. **F**ace queso tumul-
tus carnalium conticescāt. phantasię ter-
rarum. et aquarum. aeris. et poli. **F**ace
aut somnia. et imaginative reuelationes.
omnis lingua. omne signum. et quicquid
transēdo fit. sileat sibi. et ipsa anima trā-
seat. se. non cogitando se. sed te deus me-
quoniam tu es reuera tota spes mea et fi-
ducia mea. **E**t in libro meditationum in-
quit. **N**ihil mihi tam dulce qz cum domi-
no meo esse. **A**dhibi autem adherere deo.
bonum est. **D**a mihi domine. donec his
fragilibus assisto membris tibi adherere
sicut scriptum est. **Q**ui adheret deo. vn-
spiritus est cum eo. prebe mihi rogo con-
templationis pennas. quibus indur-
ad te volitem sursum. **T**ene mentem meam
ne ad ima corruat. **T**ene cor meum pre-
cor uanu tua. qz sine te ad altiora nō ra-
pitur. **T**ene et rege spiritum meuz. et sume
illum fm voluntatem tuā. vt te duce ascē-
dat in illam regionem vbertatis. vbi pa-
scis israhel in eternum pabulo veritatis.
vt ibi vel rapida cogitādo attingat te sū-
mam sapientiā cuncta transcendentem. et
oia gubernantem. **S**ed voluntati ad te
dñe anime multa substrepunt. **I**ussu tuo
dñe cōticescant mihi oia. ipsa sibi siliant.
ptransēant oia que creata sunt. transcen-
dat a se vt perueniat ad te. atqz in te solo
creatore oim oculos fidei figat. **T**ibi in-
hiat. tibi intendat. te meditef. te contem-
plet. te añ oculos ponat. te in corde reuol-

uat sūmū et vez bonū. et gaudiū sine fi-
ne mansurū. **E**t in libro quē manuale ap-
pellauit sub infrascripto deu otissimo sti-
lo. nos docuit nostros nō mō excitare af-
fectus. sed pure mentis adire excessus di-
cens. **D**e ineffabilis et incircūscripte na-
ture. institutor oim rerum. deum eui iesu
xpi pater. q eundem filiū tuū dilectuz de
sinu tuo misisti ad publicū martyriū susci-
pere nostrā vitam. vt nobis donaret suā.
essetqz pfectus de- ex pie. et perfectus hō
et mfe. **T**otus de- totus hō. vnus idēqz
xps eternus et temporalis. et immortalis et
mortalis. creator et creat. fortis et infirm-
nutritor et nutrit. pastor et ouis. tpaliter
mortu. tecum in eternū viuens. qui suis
dilectorib- municipium pmittens dixit.
Ad cūqz petieritis patrē in nomine meo.
dabit vobis. obsecro itaqz dñe. et te nimis
pium rogo in noie eiusde- dilecti filij tui
vt des mihi cū eodem filio tuo. te in oib-
benedicere et glorificare. des mihi pilluz
et cum illo peccatorū meoz veniam. et mā-
datoz tuoz custodiam. dilectionem tuāqz
verā. et fraternū amorem. **I**n dyabolum for-
tia humilitatis arma. et erga fratres verē-
tatem pfectam. et caritatē inextinguibilez
temperantiā cibi et pot- atqz somni. et to-
tius libidinis. et vani desiderij continentia.
auditum castū. visum simplicē. puritatez
cordis. mundiciā corporis. castigationez
mundam. oris cordisqz custodiam. vt nec
cor int- iniquitatem cōcipiat. nec lingua fo-
ris parturiat. nec falsa loquat. nec taceat
vera. nec salutifera abscondat. nec mortife-
ra pferat. pcor etiam vt det mihi assidua-
tate orandi. frequētiā legendi. vt precepta
tua infatigabilē legam. qd rectum est te-
neam. qd deforme cōponam. qd puleruz
excolam. qd sanū construam. qd infirmū
corrobozem. et omne qd tibi placet custo-
diam perseveranter. **D**es insup mihi dis-
plicere temporalia. et totis viribus eterna
diligere. vt mortuū mihi deputem min-
dum. et mundo mortu- tibi viuā. nec gau-
dens. nec lugens de temporalibus existā
nec metuam aliqd tēporale. nec diligam
nec blandis corrupar. nec aduersis cō-
cutiar. **R**ogo etiam sancte pater tuā cle-
mentiam in nomine ipsius filij circūcide
in me omnia vitia cordis et corpor. et da
mihi augmentū perfectionēqz virtutum.

Illumina sensum et animam meam. ut illud a te petam. quod te delectet audire. **D**oce me quid cogitare. quid agere. quid loqui. quid tacere debeam. **D**a prudentiam. fortitudinem. iusticiam et temperantiam. **D**a discretionem in omnibus discernendi inter dextrum et sinistrum. **D**a etiam sensum vigilem et intellectum prouidum. ut possim inter bonum et malum discernere. **A**ufer a corde meo alienationes sensus. cura in me stuporem mentis. extirpa de visceribus meis consilia iniquitatis. eradica de lingua mea detrahendi consuetudinem. mentiendi facilitatem. loquendi scurrilitatem. et omnes actus vanitatis mee. arte sana medicine tue. **D**a mihi perfectum sensum semper in purgatissimis moribus. **T**ene me virtute omnipotentie tue. et non sinas me proprii voluntate arbitrii euagari. **I**uxta tuam prudentiam dispone omnem meam vitam. **I**n tua voluntate animam hanc peccatricem. pro qua mortuus est christus. **N**on permittas perire frenum tuum in maxillis meis pone. et tanquam animal mansuetum trabe me post te. **T**u enim cuncta que mihi expediunt nosti. **N**on dyabolo non mihi. non mundo. non alicui alij liceat tua dona subuertere. quia totum fragile est quicquid tibi nititur obuiare. **F**ecisti enim mecum a puero misericordiam multam. perface quod cepisti. **D**a mihi semper. et vbiq; contra hostem crudelissimum tue pie defensionis auxilium. ut sicut fragilitatem meam ille inuidus non cessat impetere. **I**ta tuis cogat viribus abscedere presta ut sim paruulus in oculis meis. ut coram te inueniam gratiam. **D**a et auge mihi semper fidem firmam. spem incussam. caritatem perfectam. humilitates profundam. patientiam inuictissimam. corporis animeq; castitatem perpetuam. **D**a cordis contritionem. et fontem lacrimarum. **D**a simplicem innocentiam. et puritatem cordis. stabilitatem. et integritatem mentis. **D**a vires inuictas. ut victor mei in cunctis existam. **D**ominet in me ratio. et rationi tua gratia. ut non viuam bestialiter. raptus impetu carnis. sed sit conuersatio mea honesta et rationalis. fac me prouidum ad omnia. et in cunctis discretum. **T**ribue mihi nulli occasione scandali pre-

bere. simplicitatem et veritatem diligere. et instanter ea que paci sunt et caritatis se qui. **L**onge facia me omnem ypocrisim. et omnem simulationem. et fac me tibi seruire in veritate. **C**oncede queso mihi bono animo propter te maiorum subdilenis. et alacri corde ad obedientiam. et compassionem. et concordiam sine mora concurrere. excita toporem meum stimulis tuis die ac nocte. et fac me strenue perscrutare in preceptis et laudibus tuis die ac nocte. **D**a mihi scientiam humilem. que edificet. et linguam eruditam et eloquentem. ut et bona valeam. ac meliora exhortari. et mala ad rectitudinis lineam reuocare. **I**n funde rogo te cordi meo presidium tuum. et da mihi spiritum sapientie cum eo. et intellectus. consilij et fortitudinis. scientie et pietatis. et reple me sancto timore et amore tuo. **D**a irriguum superius. et irriguum inferius. **D**a mihi benedictionem de rore celum. et de pinguedine terre. **D**a ut anima mea ardeat igne amoris tui. **F**ac me mundo penitus extingui. concede mihi cor contritum et humiliatum semper habere coram te. **F**ac me per gratiam tuam peccata mea defflere antequam mouar. **D**a mihi tota anima mea. et totis visceribus meis exquirere faciem tuam semper. **I**n funde dilectionem tuam pectori meo. et scribe dilecte mi. memoriam tuam in talibus cordis mei. **I**llustra me luce celestis patrie. imaginem tuam non suas in me obsecrari. que sic te prestare defendatur. ut semper egregia inueniatur. **A**dsit mihi queso sanctorum angelorum pia et fida custodia vbiq; et semper. et presta ut te pro misero omnium sanctorum agmina incedant. **E**t eorum precibus et meritis. pro tua pietate dignus efficiar promissionibus filij tui. **C**oncede mihi fragilissimo beatorum monachorum patrum meorum imitari vestigia. **D**a mihi eorum mansuetudinem. modestiam. tolerantiam. benignitatem. et paupertatem. longanimitatem. cordis contritionem. et fontem lacrimarum. tibi potius abstinentiam. cordis laboriosam munditiam. **S**pirituale gaudium et perfectum mundi contemptum. **P**arime domine caritatem a te efflagito. humilitatem inquirero. patientiam

postulo. indiuiduas comites fidei mee si
mul ⁊ veram anime ⁊ corporis pudicitia
am. Sicut illis dedisti. precor te p filium
tuū. respice in me ⁊ miserere mei. exaudi
orionem meā. ⁊ da mihi gratiaz tuā. ppter
multitudinez benignitatis tue. Qui me
cum iugiter perseverans. doceat me ince
dere in misericordia ⁊ iusticia tua coram
militate componi ceteri debēt. Et rursus vox illa ad nos. Directa etiā est qua dicitur. Sancti estote. qm̄ ego sanct⁹ sum vicit dñs. Vere sancti esse debem⁹. q̄ nomē habitūq̄ religionis ac sanctitatis assumimus. q̄ diuino sumus cultui mācipati. sacris xpi altarib⁹ p̄secrati diuinis q̄z misterijs dedicati. Tale ḡ sal sum⁹ i populo vt vermes. et oēs anime putredines. nō solū doctrina et p̄dicatione. vtz etiam vite sanctitate ab eo abstergam⁹. *Ita*q̄ si sal euauerit. Si p̄dicator. vires amiserit. si religiosus luxurie cōcupiscentie et vanitati se dederit. in quo saliet. in q̄ populus credit. cui fidem adhibebit. quem imitabit. *Ita*m iuste clamabit. Ecce hō. cuius tanta nos sefellit opinio. et propterea subdit. Ad nihily valet vltra. nisi vt mittat foras. et cōculcet ab hoibus. Tale enim sal. vt beat⁹ Gregori⁹ inquit. qz insatuatum est. foras mittit. qm̄ falsus p̄dicator. eiusq̄ doctrina. que vana sine sapore. et inutilis est. ab ecclesia pellit. conculcatū autez ab hoibus despectui habeat. *Op*ortz itaq̄ nos. vt ap̄ls ait. ab his q̄ foris sunt bonū habere testimonū. *Ita*m enim. teste Augustino. sufficit nobis vita sancta. nisi sit et fama bona. *Ita*m vita iusta nobis ē necessaria prop̄ nos. fama bona prop̄ alios. *Pro*pterea xps crudelē illuz appellat qui negligit famā suaz. et rursus illum maledicit. q̄ eam aspnat. et merito qd. qm̄ sicur a sapiētissimo viro Salomone assertū est. *Del*u⁹ est nomē bonum q̄ diuitie mltē. Ergo sic nos existimēt hoies. vt ministros xpi. ministeriorūq̄ dei veraces dispensatores ex bōis operib⁹ nos eē agnoscant. vt de nobis verificet q̄d xps adiecit dicēs. Vos estis lux mūdi. *Ita*mpe ad corporeā mūdi lucem. s̄ est ad solē spectat effugare tenebras. illuminare orbem calefacere terrā. cōsolari viatores. exterminatores bestias. et cūcti aiantibus vim generatōis p̄ferre. Sic et nos. q̄ religiosi sumus. q̄ lux spiritualis appellamur. debemus heresum et cunctoz erroz atq̄ criminū tenebras per verā sanāq̄ doctrinā effugare. *I*lluminare orbē. popolum. s̄ instruendo et docendo. quo in via dei. hoc est in fide catholica ambulare debeat. calefacere terram. s̄ est terrenos hoies reiecta seculi cupiditate in deo amore et succen-

k

l

tere. solari viatores. q̄d̄iu em̄ sumus in hoc mundo pegrinamur ad deū z p̄ns vita nostra. via est ad nostr̄z tedeundi creatorem. Ubi cum multis erumnis. miserijs. laborib⁹ atq̄ inexplicabilib⁹ piculis in seculo degentes videam⁹ circūseptos. ne frangan̄t. Nos qui spirituales sum⁹ illos solari z recreare sepenumero debemus. vsq̄ ad itineris metā cōstātī fortiq̄ animo proficiscunt̄. Exterminare bestias. qm̄ ap̄ros. v̄s̄os z rugientes leones. hoc est nequissimos demones. simpliciuz atq̄ v̄d̄ilium. z si possibile sit. etiam fortissimoz animas deuozare querentes. orandi assiduitate. diuinoz nominū inuocationib⁹. humilitatis. fidei. charitat̄. ce terarūq̄ sanctaz virtutum fulgore. z deum signo crucis tanq̄ infallibili tremendaq̄ machina sicut scriptum est. Ecce crucem dñi fugite ptes aduerse. exterrimare debem⁹. Et cuictis animantibus vim generationis p̄ferre tenemur. qm̄ hominib⁹. quib⁹ possumus. q̄ omnium animantium naturam p̄cipiant. quō saltez bonas animi affectiones habeant q̄mōz d̄q̄ bona opera deo offerre debeant. luc̄ exempla monstrare debem⁹. Iubete xp̄o in euangelio. Sunt lumbi vestri precincti. z lucerne ardentes in manib⁹ vestris. Sic viuam⁹ vt vita p̄cordet cum nomine. p̄fessio teneat in opere. z his q̄ nobis appropriata sunt. similes p̄pleam⁹ effect⁹ vt si sanctus sit ordo. sancta sit p̄uersatio vt si sal dicimur. nostras aliorūq̄ mentem p̄diam⁹ vtutib⁹. z saporem bonoz opoz degustandum prebeamus. Si lux appellamur. vim effectūq̄ lucis ostendam⁹ vt si bene de nobis dicat̄. id testimonio bone actionis cōprobēt. qm̄ teste Marco Tullio. omnis virtutis laus in actione cōsistit. Et si religiosi vocamur. religiose viuam⁹. At em̄ tunc religiose viuum⁹. si illicitos mores sub disciplina coercem⁹. Si membra z sensus n̄ros studeam⁹ restringere. vt nequeant lasciuie z leuitati deseruire. vt aspect⁹ noster sit simplex. z humilis. ne fixe aspiciat ocul⁹. qd̄ illicite p̄cupiscat animum. Et noster auditus sit purus z discretus. ea q̄ superflua sunt z vana respuens ea que dei sunt grantanter suscipiens. Et sermo noster sit sale p̄dit⁹. octiosa z noxia detestans bona z

utilia cōmendans. vt sit in corde mundicia. In vultu pudicitia. Incessus cū grauitate. status cū reuerētia. mor⁹ cū maturitate. habit⁹ cum religione. quaten⁹ vbi q̄ resplendeat sc̄titas. emineat honestas. seruet̄ humilitas. vt in oibus motib⁹ nostris nihil fiat qd̄ cuiusq̄ offendat aspectum. sed qd̄ nostram deceat sc̄titate. z sic tandem in oibus. tā p̄uate q̄ publice. tā palā q̄ clanculum nos geram⁹. vt in nobis nō mentiat̄ religionis nomen. Nāq̄ religiosus. vt ait Cicero a religendo appellatus ē. eo q̄ retractat. z tāq̄ relegit ea que ad cultū diuinū pertinent. modum. ordinē. formāq̄ cunctis spiritualib⁹ imponens. Et Isidor⁹ inquit. Religiosi dicitur sunt ex relegendo. tāq̄ ex eligēdo. eligentes. z ex diligēdo diligētes. q̄ si in tāto culmine positi sum⁹ diuinitatis contineamus imprimis nos taliter. quatenus sine rumore alios cōtinere valeam⁹. qm̄ nō pōt exercitū p̄tinere ip̄erator. sicut p̄clare Marc⁹ Cicero inq̄t qui seipsum nō cōtinet.

Textus tricesim⁹ primus Augustin⁹

Oculi vestri z si iaciant̄ in aliquā feminarū in nullam figant̄. Neq̄ enim quando proceditis feminas videre. phibemini. s̄z appetere. aut ab ipsis appeti velle criminofum ē.

Cōmentū tricesimū primū Ambrosius

Omnipotens dei mandatū est. nō mechaberis. in quo ois membroz genitaliū illicite p̄hibetur vsus. ad cui⁹ quidem p̄cepti obseruantiam. cū totū genus obligetur humanuz. nō illud hic iussit Aug⁹. vt quidam aiūt. sed vt diuine maiestati hoc iubenti facili⁹ libert⁹. cōmodiusq̄ parere valeam⁹. oportunitatē. cām atq̄ viam. qua ad prohibiti vitij deueniē labem. nobis impauit cauendam dicens. Oculi vestri. z si iaciant̄ in aliquam feminarū in nullam configant̄. tanq̄ si manifeste dixisset. Cauete fratres ne in mulieres oculos conijcere. z si coniecti fuerint. in nullam figant̄. qm̄ in aliquam earū conficti sagitte sunt corda ferientes atq̄ penetrantes. z secū vi-

rus deferentes. vt interficiat aiam. perin
de Trefi. tertio scriptum est. Oculus me⁹
depredatus e aiam meam. Ob eam rein
Democrit⁹ sicut Tertullian⁹ meminit si
bi oculos eruit. ne videlz feias videre. q̄s
sine concupiscētia aspicere nō poterat. Ad
hoc hortat⁹ est nos xps in euangelio di-
cens. Si oculus tu⁹ scandalizat te. erue
eum ⁊ p̄ice abste. hincbear⁹ Antho. cum
didimum virū profecto eruditissimū de
sua consolaret cecitate dixit. Multo qui-
dem meli⁹ est spū videre q̄ carne. ⁊ illos
oculos possidere. in quos festuca pecca-
ti nō possit incidere. q̄ illos q̄ solo visu p
concupiscētia possunt hoīem in interi-
tum gehenne mittere. Et ne q̄s credat
in simplici visu peccatū consistere subdit.
Neq̄ enī qm̄ proceditis feias videre pro-
hibemini. non enim videre prohibitū est.
sed male videre. ille enim male videt. ille
nequiter aspicit. qui p̄ visum ad concupi-
scentiaz tendit. hinc adiecit. sed appetere
aut ab ipsis appeti velle criminofum est.
Crimen enī vt ipse super Jobem inquit.
est peccatū graue accusatōe. ⁊ dānatione
dignissimū. Nemo idcirco puifaciat concu-
piscētia. si criminosa est. si accusatōis
deimentū habet. si concupiscētem dāna-
tione facit esse dignissimū. **Q**uā-
dam igit̄ figere oculū. ne ad concupiscētia
labamur. qm̄ si q̄tidie velis pulchris fa-
ciebus oculos figere. vt Crisostom⁹ ait.
capietis oīno. ⁊ si bis vel ter fortassis la-
queos euades. nō tñ que fragilis est. hu-
mane nature expers eris. que talib⁹ con-
stipata conditōibus. vt si etiam contue-
re se p̄tineat. spēs nihil oīnis forne se-
mel cordi p̄ oculos imissa adeo illigata te-
net. vt viri magni luctamini soluat̄ pote-
state. Ea de re idē vir doctissim⁹ Crisostom⁹
cautos nos reddens inq̄t. Quan-
do visa muliere flāma semel accēsa fuerit
⁊ postea absente ea. format quis apud se
imagines turpiū actionū multotiens p̄-
cedit ad op⁹. Testis ē sanct⁹ Dauid. qui
oculos suos in feminam figēs. illicito ap-
petitu deuict⁹ adulterium ⁊ homicidium
ppet̄ auit. Testis est Judas. q̄ cum in bi-
uio narium suā Thamar aspiciens cū ea
peccauit. Testes sunt filij dei. qui cū fili-
as hoīm pulchras viderēt. eas in vxores
acceperūt. Testes alij innumeri. q̄ ex libi

diuoso aspectu in concupiscētia exarfe-
runt. ac deinde ad fedissima deuenerunt
opera. Et si oportune cōmoditatis caren-
tia ad opus non ventat̄. rei nihilominus
sunt apud dei maiestatem. peperam affe-
ctantes. dicente Saluatore in euangelio
Qui viderit mulierē ad concupiscēnduz
eam mechar⁹ est in corde suo. deus enim
qui est scrutator cordiū nostrā iudicat in-
tentionē. Itaq̄ si cuiusq̄ malus est aim⁹
mala mens. prau⁹ affectus. puerisq̄ ex-
terit intentio. necesse fit. vt ipse tot⁹ ma-
lus sit. Chusto testante qui ait. si oculus
tuus simplex fuerit. totū corp⁹ tuum lu-
cidum erit. Si autē neq̄ fuerit. ⁊ totum
corp⁹ tuū tenebrosū erit. De mētis vti-
q̄ oculo qui p̄matū tenet in hoīe. ⁊ a quo
nō solum nomē verūetā ⁊ opationem. et
essentiā tenet. veritas ipsa intelletit. Ne-
mo igit̄ se de castitate. nemo de virginita-
te. nemo de pudicitia glouet̄. si castū vir-
gineum pudicitie cor nō habuerit. pote-
rit quidem hoīem fallere. sed deū cui oīa
patent fallere nō poterit. Sed ne homo
ex̄rdescat interior. Oculus auertat̄ exte-
rior. ne. si videat vanitatem. ⁊ si viderit in
eam nō figat̄. Nō enim nos Salomo-
ne sapientiores. nō Dauid sanctiores. nō
Sāplone existim⁹ fortiores. q̄ si q̄ tantū
viri per incuriā ceciderunt oculorū. Hos
q̄ longe ab eis virtute distam⁹. taz morta-
le precipitiū sum ope timere ⁊ cauere de-
bemus. Discam⁹ igit̄ ab istis. Discamus
⁊ a viro scitissimo atq̄ peritissimo Jobā-
ne os auri. qui cū se tā castum esse gloria-
ret. tante continentie atq̄ fortitudinis ex-
istimaret. vt dicere ausus ess̄ deo. Dñe li-
bera me a superbia. qm̄ meipsum a libidi-
ne ⁊ homicidio liberabo. ⁊ tñ ad contu-
tū erraticē adolefcentis mox tate castita-
tis ruit colūna. O fratres mei. xl. ⁊ vltra
annos exempluz eruit pudicitie. q̄ vnico
momēto amisit gloriā castitatis. ⁊ homi-
cidij ppetrauit dicitū. Discam⁹ ⁊ a Pau-
lo ap̄lo vase electōis. q̄ preparat⁹ in euan-
gelio xpi ob cornis aculeos. ⁊ uentiuā
vitiōz nō modo oculos. sed totū corpus
suū reputabat. ⁊ in seruitutem redigebat
ne forte alijs predicās ipse reprobus in-
ueniret. O fratres mei si hic ad tantā gra-
tiam erect⁹ post nuditatez. ieiunia. famez
carceres flagella. ⁊ supplicia clamat. Uī

Deo alteram legē in membris meis repu-
gnantē legi mētis mee. captiuantez me in
lege peccati. Et rurſus. Infelix ego hō.
q̄s me liberabit de corpe mortis huius.
Quō nos ſecuros eſſe putam⁹. ſi delicijs
vacam⁹. ſi micantes oculos in feminam
eijcim⁹. Ob eā rem patientie atq; p̄ſtan-
tie turr⁹ inerpugnabilis Job aiebat. *pe-*
pigi fed⁹ cū oculis meis. vt non cogitarē.
q̄dez de ſagine. *Expiebat em̄ vir ſanctiſſi-*
mus. q̄ p̄ exteriorē viſum intent⁹ corūpēt-
inmen. ſuis cū oculis pactū pegit. ne in-
caute aſpiceret qd̄ illicite concupiſceret.
Et q̄q; animus ex om̄ib⁹ ſenſib⁹ tāq;
ſuis ex nuncijs poſſit p̄moueri. null⁹ tū
eſt. q̄ vel plures vel diſtinctiores. vel etiā
vehementiores. exactioresq; mētī noſtre
offerat ſpecies. q̄ viſus. *Pagna nimirū*
eſt eius p̄tās. q̄ p̄ amplum gix luſtra-
tionis ſue. fulgore velociter curſus ei⁹. et
ſup̄ oēs volucres celi volatus ſu⁹. pene-
trabilior om̄i gladio acuto con⁹ intuitus
ei⁹. Adamat pulchra. q̄ velut ſtrenuiſſi-
mus miles atq; expeditiſſim⁹ armiger.
quoorſum ſe verterit. dimicando ferit. in
ſublimib⁹ q̄ excellis q̄maxime delectat.
Hinc tanq; in arce in ſublimiori p̄ſtan-
tioriq; pte hoīs oculi ſunt a natura loca-
ti. vt p̄ eos non in feminas. nō in vanitas
tes huius mūdi. nō in ſeculi voluptates.
ſed in celos q̄ ad ſidera. q̄ ad ſūmi dei p̄te-
plationē n̄ ſeſt aspectus. Et qm̄ in domi-
to eā ſunt calcande habene. ſic refrenan-
dus eſt aspect⁹ n̄. ne calcitret. ſic pudici-
cia ornand⁹ ne labefiat. ſic p̄mendum
ne ſe extollat. ſic retinend⁹ ne in p̄cipitiū
nos eijciat. ſic deniq; vbiq; q̄ apud quē
cunq; cuſtodiend⁹. ne referendari⁹ tante
maieſtatis cardo fiat n̄e eterne captiu-
tatis. Credite mihi fr̄es mei dilectiſſi-
mi. curioſum. vanū. q̄ incautiū aspectum.
nō labefactantis libidinis tū. verum eti-
am oīm maloz extitiſſe originē. Nam q̄
pacto voluptuoſiſſima illa p̄ma parens
n̄ra. ſua diuinū fuit tranſgreſſa p̄ceptū.
niſi qz vetitū incaute pomū aſpexit. Chā
qz impudice patris aſpexit verēda. de ho-
nozandis paratib⁹ mandatum p̄temptit.
Caſtiſſimū Joſeph d̄na oculos in eū cōij-
ciens in libidinē exarſit. Dina ob ei⁹ va-
nū aspectum aſichem corrupta homici-
diorum. guerraz inerplicabiliūq; fuit cā-

maloz. *Et nude veneris aspectu. Paris*
excellē q̄ inclite ciuitatis troiane pepit in-
cendiū. Egyptij viſa eius pulchritudine
Sarā Abrahe p̄iugerapuerūt. Polofer-
nus capt⁹ ſetē Judith ornatu cum oī ſuo
perijt exercitu. Sener ex luxurioſo viſu i-
caſtā pudicāue Suſannā exarſerūt. Sed
quid p̄ ampliora vagoz exempla. Nō ſo-
lum h̄ corpore⁹ ſed ment⁹ aspect⁹ incauti⁹
maloz oīm extitit iūtiū. Nāq; lucifer ſuā
pulchritudinē. ſplendorē. ceſtitudinēq; cō-
templās elat⁹ eſt. q̄ preliari cepit. vt pone-
ret ſedem ſuā verſus aq̄lonē. q̄ ſiſtis fieret
altiſſimo. Propter qd̄ e celo cū oī ſua co-
horre in eternos cruciat⁹ electus ē. Hinc
p̄ps in euangelio dicit. Videbā ſathanā
*ſicut fulgur de celo cadentē. **¶** Q̄ q̄ igit̄*
periculoſus. q̄ d̄anāduſ. q̄ deteſtand⁹.
q̄q; magnopē fugiēduſ ē interior⁹ exte-
riorūq; oculoz van⁹ q̄ incautus aspect⁹.
Peride ſanct⁹ ſupplicabat David. Auerte
oculos meos d̄ne ne videant vanitatē
Auerte oculos carnis ne carnalis ſiam.
Auerte d̄ne. auerte oculos mentis mee.
ne elatus a tua ceſtitudinē. ſicut ſathanas
tuā. Ob eam rē ſancto Loth a ſodomis
fugienti p̄cipit. vt nō retroaſpiciat. neq;
remaneat in oī circūadiacenti regione. ſz
in monte ſaluū ſe faciat. Qui retroaſpi-
cit. vt p̄ps ait nō eſt apt⁹ ad regnū dei. H̄
eſt qui ſicut canis ad vomituz redit. q̄ ex
religione ad iā relictam militiā ſecularez
reuertit. qui p̄ oculos corporeos aie que-
rit interiū. qui ob mundanarū rerū con-
cupiſcētiam. minime verēt ſua labefacta-
re conſcientiā. de q̄ quid aliud ſentire poſ-
ſum⁹. niſi qd̄ v̄rou Loth retroaſpicienti
p̄tigit. vt ſalis videlz conuertat̄ in ſtatūā.
vt de aiato ſenſibili q̄ rationabili. inaiat⁹
iſenſibil⁹ irrōabilisq; fiat. vt q̄ mior hoie.
deterior b̄uto. q̄ ſicut lapis ſine oī vita ef-
ficiat̄. Contemplemur q̄ q̄ mala ſit hui⁹
poſitionis inſpectio. q̄q; deteſtanda ani-
mi adūſio. Neq; aliquis dei ſeru⁹. ſicut q̄
Loth in aliqua circūadiacenti remanere
debet regione. circūadiacētes regiones i-
ordiati ſunt alioz ſenſuū appetit⁹. Quid
dei famulo p̄deſt. ſi cōponat oculos. lin-
guā habeat ad detrahendū ſolutā nareſ.
guſtū. tactūq; ad mollicitem. ſapores. odo-
res q̄ ad oēs indecentes voluptates hēat
exteſos. aures ad vanā colloquia audic⁹

da habeat erectas. Ne quidē vie pessimā
daturū ciuitatum sunt quib⁹ pōt ad ani-
mā ingredi mors. Idcirco ⁊ has regio-
nes incolere. sicut retroaspicere caueam⁹

Et in montē vbi saluifiamus nitamur
ascendere. Christus cñi vt oraret. crebri⁹
ascendebat in montē. Dauid ppheta o-
culos suos. vt inde ei auxiliū veniret. leua-
bat in mōtes. Lex dñi i mōte fuit Moy-
si collata. Dei hoisq; filius in monte vo-
luit exaltari. ⁊ de mōte in celum ⁊ ad pa-
trem redire. Et deliciarum paradisi in
monte constituta est. qm̄ mōtes sublimio-
res sunt celo. ppinquoiores. ⁊ deo q̄ con-
ualles sunt siliiores. qui magn⁹ est ⁊ excel-
sus. ⁊ super oēs celos. qui firm⁹ ⁊ stabilis
dans cuncta moueri. q̄ preciosa mune-
ra donat. q̄ ab oī conualliū est alien⁹ ca-
ligine. Mons tñ primus triceps est. qm̄
vnius de⁹ ⁊ trinus est. p̄ montona ⁊ appē-
ditie sūt sancti. videlz qui in celesti illa ci-
uitate sunt primores. tandem colles sunt
qui inferiores sunt spirit⁹ bñi. Ad hos in-
quam inspiciam⁹. ad hos oculos mentis
nostre eleuemus. sed ad vnū ⁊ tricipitez
primū dirigamus aspectum. clamātes cū
propheta. Ad te leuaui oculos meos qui
habitas in celis. vt inde veniat nobis hic
bene opandi auxiliū. ⁊ postmodū ad euz
ascendendi cōcedat vehiculum. Quisq; s
igitur Sodomoz gomoreorum fugere
incentiua desiderat vitioz ab eoz aspe-
ctu. vicinorūq; residentia se prorsus faci-
at alienū. ⁊ simul cum Loth altos vir-
tutum montes conscendat. ⁊ tandem ad
montem qui chubstus est efferri mereatur
Etenī tanto quispiam illesior seruabitur
a vitijs. quanto ⁊ corpore ⁊ virtute ma-
gis elongabitur ab eisde. Et ne quis am-
bigat visum esse cām ꝑcupiscentie addit

Textus tricesimus secund⁹ Augustin⁹

Non in solo tacito affectu. s; aspe-
ctu quoq; ⁊ affectu appetit ⁊ ap-
petit cōcupiscentia feminarū.

Comentū tricesimū secundū Ambrosi⁹

Hic tacite ꝑceptor n̄ respōdet q̄-
stioni. Nam cū plurimis in locis
ipse asseuerauerit ꝑctm̄ inim̄ esse

ꝑctm̄ inq̄tuz est voluntariū. Et itez ꝑec-
catum esse retinēdi voluntatē. vel ꝑsequē-
di qd̄ iusticia vetat. Et rursus om̄e ꝑec-
catū esse factum. vel dictū. vel ꝑcupitum
ꝑtra eternam legē. ex ipsa. ꝑcedens volun-
tate. ex qua tanq; ex arbore mala ꝑce-
dunt opa mala tanq; fruct⁹ mali. nō igitur
ex ipso aspectu ꝑcupiscentia. vel qd̄
cunq; aliud emanat ꝑctm̄. Huius latentis
obiectioni rñdet dicens. nō solo tacito af-
fectu. h̄ est tacita voluntate intus ꝑcupis-
centia oriē. sed aspectu quoq; exteriori si-
mul cū affectu interiori generat. ac si di-
ceret qd̄ ex vano aspectu oriē iniquus af-
fect⁹. ac ꝑinde necesse ē. vt ex vtroq; oriā-
t ꝑctm̄. Hinc sane scriptum est. Ascendit
mors ꝑ fenestras n̄ras. ingressa ē domos
n̄ras. Sed qd̄ est mors anime. nisi cōcu-
piscentia mala. Quid dom⁹ h̄ra. nisi mēs
nostra. in q̄ vniuersa bona ⁊ mala nostra
sunt recondita. Et ꝑ huius domus fene-
stras. qd̄ aliud. nisi quinq; sensus corpis
intelligim⁹. Adors⁹ ꝑ fenestras ascēdit.
atq; in domos ingredit. qm̄ ꝑcupiscentie
vitiū per sensus corpis ad mentis serpit
interiora. Non tñ ob eam rem. sensatō-
nem ipsam ꝑctm̄ esse dicim⁹. etiam si ad
intellect⁹ accessit cognitionem. sed si fixa
fuerit. sed ⁊ voluntas fixioni ꝑsensit cā
est peccati. Et beatus Hieronymus sal-
uatoris vbum interpretans. in quo dicit
Qui viderit mulierem ad ꝑcupiscendum
eā. iam mech⁹ est. Inq̄t inter passiones
⁊ ꝑpassionē h̄ interesse. qd̄ passio repu-
tatur in vitium. ꝑpassio licz vitij culpam
habeat. tñ non tenet in crimine. ergo qui
viderit mulierem. ⁊ aia eius fuerit nulla
ta. h̄ ꝑpassione ꝑcupiscentie est Si h̄o cō-
senserit. ⁊ de cogitatione affectum fecerit
Sicut scriptū est in Dauid. transierunt
in affectu cordis. de ꝑpassione transiit
ad passionē. ⁊ huic non voluntas sed oc-
casio deest peccandi. Quapropter ne ex
ꝑpassione veniam⁹ ad passionē. ne ra-
tio succubat. ne voluntas ꝑ exteriorē ap-
petitū pereat. ne ꝑ fenestras n̄ras. mors
ingrediat ad domiciliū ꝑscientie nostre.
opus est vt fenestras ipsas diligenter cu-
stodiam⁹. ⁊ oēm nostrz appetitum ratōni
subijciamus. Nam in omni actione su-
sciꝑienda. tria sunt. vt. Ad. L. ait. tenen-
da. primū vt appetitus pareat rōni. quo

nihil est ad officia p̄seruanda accommoda-
tius. Deinde vt aiaduertat. q̄nta illa res
sit. quā efficere velim⁹. vt neue maior. ne
ue minor. cura ⁊ opa suscipiat quā cā po-
stulet. Tertiu⁹ vt caueam⁹. ne que ptinent
ad liberalē sp̄m. ⁊ dignitatem imoderata
sint. Modus aut̄ optim⁹ est. dec⁹ ipsum
tenere. nec p̄gredi longi⁹. Hoz tñ trium
prestantissimū est appetitum obtpare rōi.
obtemperat autem mīme. si a viro feiarum
appetat̄ concupiscētia. vel ecōtra cōcupi-
scentia feiaz ipsum appetat virum. Hoc
ad illud referē qd̄ imediate super⁹ dixit.
Neq; enī feias videre. p̄hibemini. sed eas
appetere. aut ab ipsis appeti velle crimi-
nosum ē. Itaq; feiaz concupiscētia sub
utrouis actiuo. videlz ⁊ passiuo sumat̄ re-
spectu. sub quīs casu. sub recto. s. aut sub
ablatiuo ei⁹ capiat̄ habitudo.

Text⁹ vicestimusterti⁹ Augustin⁹


Nec dicatis vos habere aīos pu-
dicos. si habetis oculos impudi-
cos. qz̄ impudic⁹ oculus impudi-
cicordis ē nuncius.

Comētū vicestimūtertū Ambrosius

Quorundā redarguit versutism.
q̄s non mō vite penitet impudi-
ce. sed coz nitunt̄ mentis impu-
diciā quoddā falso tegere velamine. cuz
tñ non desistat̄ ipudicis oculis se accusa-
re. ⁊ eisdē tāq; efficacissimis testibus se de-
nūciare quictos. ⁊ quos sagax p̄ceptor
ait ne dicatis vos habere aīos pudicos.
si habetis oculos ipudicos. qz̄ impudic⁹
oculus impudici cordis ē nunci⁹. Tāq; si
apte diceret. quid ai pudiciā ⁊ sanctita-
tē s̄latis ypocrite. cū vestre mentis corru-
ptionē impudici oculi vestri denuncient
Pescatis qz̄ ea que int⁹ latēt. extertora ge-
stah̄ sinuāt. An ignoratis qz̄ habit⁹ cor-
poris creberrim⁹ sit nunci⁹ habit⁹ men-
tis. Quid fingitis rectitudinē. cū obliqui-
sitis. Quid pulchritudinē cuz turpissimi.
Quid nitore cū in tetrum estis chaos il-
lapsi. Sitis q̄ veraces. vt qd̄ p̄ofitemini
ore. oculus indicet. ⁊ mens ipsa teneat.

Nō enī nisi in aīa vera pudicitia p̄sentata
est. qz̄ ei⁹ index oculus eē possit. p̄inde

a stupratore nec ipsa eripi pōt. Nāq; vio-
lencia nō violat̄ pudicitia. Et ip̄e ad p̄e-
sulem honoratū scribit. si mente seruat̄
qm̄ nec in carne violat̄. qm̄ voluntas pa-
tientis sua turpiē carne non vitē. sed sine
cōfensione tolerat. qd̄ alius operat̄. Sic
apud gētilēs Lucretia Patrona nobi-
lis Romana. vi stuprata laudat̄ atq; de-
fendit. Sic apud ch̄sticolas diua Lu-
cia consulari Pascasto sibi lupanar minā
ti dicens. nō corrupit̄ caro. nisi de con-
sensu mentis extollit̄. qd̄ ⁊ Aug⁹. in epla
ad Victorinum clar⁹ asseueravit dices.
Si aīmus nulla cōfensionis turpitudine
maculat̄. etiā carnē suam defendet a cri-
mine. ⁊ quicqd̄ in ea nec cōmilit nec p̄mit-
tit libido patientis. soluet culpa facientis
Dis enī illa violentia nō pro corruptio-
nis turpitudine. s; p̄ passionis vulnere de-
putabit̄. tantū enī valet in mente integri-
tas vt illa inuolata. nec in corpore pos-
sit pudicitia violari. cui⁹ mēbra potuerūt
supari. Et in excellentissimo de ciuitate
dei inquit. Cū pudicitia virtus sit animi
comitēq; habeat fortitudinē. qna potius
quelibet mala toleraret. q̄ malo cōfenti-
ret discernit. null⁹ autē magnanim⁹ ⁊ pu-
dicus in potestate habeat qd̄ de sua car-
ne fiat. sed tantū qd̄ annuat mēte vel re-
nuat. quis tandē sane mētis putauerit se
p̄dere pudicitiam. si forte vi app̄hensa et
oppressa carne sua. vt erarceat̄ ⁊ expleat̄
libido nō sua. Et vt vīs mentib⁹. que
dixim⁹ magis p̄luceant. Sane aduerten-
dū puto. qz̄ ceu bifariā desinuim⁹ virgi-
nitatem. mētis. s. ⁊ corpori. sic duplex pu-
dicitia gen⁹ esse asseruimus. Alter⁹ qd̄ in
aīo residet. Alter⁹ qd̄ ad corpus. mō spe-
ctare videt̄. Virginitas mentis fides est
incorrupta. Virginitas corporis ē corp⁹
intactum. nā sicut carnalis sponsa vt vir-
go a suo censeat̄ sponso. necesse habet vt
illesum integrū ⁊ intactū suū vas p̄seruet
ita ⁊ virgo xpi. ei per mentis desponsata
virginitatem. integrā fidem. solidam sp̄e.
sincerāue caritatem ei inuolabilē teneat
opus est. Eo pacto d̄ pudicitia. qz̄ oēs
humani virginalis. maritalis. vidualisq;
status decor ⁊ ornamentū sit. censendus
est. vt altera. castissimis polleat in corpo-
re moribus. altera sine vlla fictione splen-
descat in mente. Et qm̄ par est opposi-



toꝝ multiplicatio. duplicē etiā esse impu
diciā astruam⁹. Alterā animi. alterā cor
poris. Que aie est p intrinsec cogitatio
delectationē pagit. Que vō corporis p ex
teriores act⁹ multifariam implet. Nam
nunc p visum. nunc p auditū. nunc p ta
ctū. non p locutionē. nunc p opationis
complet defluruz. Et rursus. ea que per
visum cōmittitur in tot pfunditē species.
quot modis. pcar oculus dicitur impudi
cus. Etenī sic vno mō dicit. cuz humani
serus verēda inspicere nō veret. sic Chā
genitor sui Ihoē vino madefacti puden
da deridendo vidēs. meruit maledictio
nem habere. Rursus cū pulchras depic
tas imagines libidinosē intuet. sic oli
ba meretricū oculoꝝ suoz concupiscentia
insanuit. cū Caldeoz hoies formose de
pictos baltheisq; accinctos conspiceret.
Lū etenim coētia bruta. quoz aspectus
humana solet puocari cōcupiscentia ne
quise oculi conijciūt. Lū in spectaculis
impudicorū actū. ceu in theatris gēt
les faciebant. repñtationes ab eis cōspici
untur. Quos beat⁹ Aug⁹. in pclarissimo
de ciuitate volumine detestans ait. *Ve
niebam⁹ z nos ad olefcētes ad spectacu
lū z ludis turpissimis oblectabamur. Am
plus ocul⁹ impudicus dicit. vel cū mu
lierū species curiose vaneq; pñderat. Lō
tra quem modū Ecclesiasticus ait. Ne re
spicias spēm mulieris. vel cū suis eas rep
cutit nutib⁹. O q̄ venenose. q̄q; effi
caces sagitte ad subuertendas mētes. sūt
nutus oculoꝝ. Perinde Salomon in p
uerbijs inquit. Nō cōcupiscat pulchritu
dinem ei⁹. s. male mulieris cor tuū. ne ca
pianis nutib⁹ illius. Recte igit z pree
ptor noster inq̄t. Impudic⁹ oculus. ipu
dici cordis est nūc⁹. pstat enī oculos. sub
animi esse regimine. quare ipsi ipudici ef
se nō possent. nisi z ipse sit anim⁹ impu
dic⁹. Que enī matrona dici posset pudic
ca. que p suos nuncios ipudicis verbis.
sibi faciat amatores. Nōne oculi sicut ge
nitalia subduntur rōni. Sed cum per hu
iusmodi mēbra nihil exerceat impudicum
q̄n illud aīo aser bat. quo pacto si ocul⁹
erit impudic⁹. anim⁹ pudicus erit. Nō q̄
vanū z impudicū paruipendam⁹ aspectū
si ex oculo ipudico cor fiat impudic⁹. si
nostre pñfessiois vota negligantur. si reli*

gionis decor perdat. Turpe enī valde
z vitiosum est. z omnino detestabile. si cū
habitu sancto z in sancta pñfessioē. scōꝝ
to digna exerceant opera. Perinde mix
imodum nos Pericles delectauit obur
gatio. qui cū haberet collegaz in pretura
Sophoclem poetā. vt. *M. L. pmo offi
cioꝝ meminit de cōiq; officio conuenis
sent. z casu formosus puer pteriret. Dixit
q; Sophocles. O puerum pulchrū. peri
cles ipsum his verbis obiurgauit pretorē
O Sophocles decet nō solum man⁹ sed
etiā oculos abstinentes habere. q; si pre
tori z aspectus z sermo college sui displic
uit impudicus. quāto nobis magis qui
ad honestatem sum⁹ dedicati. omnis tur
pitudine. omnis vanitas. omnis impudi
cus actus displicere debet. que enim par
ua videntur esse delicta. nec a multis in
telligi possunt. ab his. si veri dei cultores
esse desideramus. etiam diligenter est de
clinandum. Laueamus igitur fratres
nobis omnē impudicitiam corporis. sed
multo magis repellamus impudicitiaz
mentis. simus corpore sed magis animo
pudici z imaculati cogitem⁹ qualis vtri
usq; conditio. Nam pudicitia ornamen
tum est nobiliū. impudicitia cōfusio. hec
exaltatio humiliū. illa depressio. hec no
bilitas ignobilium. illa exterminatio. hec
pulchritudo viliuz. illa turpitudine. hec so
lumen merentiū. illa luctus. hec augmē
tum omnis pulchritudinis. illa diminu
tio. Hec decus religionis. illa vituperiū.
Hec minoratio criminum. illa augmenta
tio. Hec multiplicatio meritorum. illa di
minutio. Hec creatoris omniū dei ami
ca. illa inimica. Quid plura. Tā⁹ est pu
dicitie splendor. vt in eius virtute homo
non distet ab angelo. Unde Bernard⁹
ait. Differunt quidem inter se homo pu
dicus z angelus. sed felicitate non virtu
te. huius enim castitas felicior. sed illius
fortior esse dignoscitur. Contra per im
pudicitiam hō non distat a bestia. Tan
tum insuper immortalī ac prepotētī deo
semp grata extitit pudicitia. vt de illa nō
solum apud fideles suos. verum etiam z
apud gentiles admirandam gratitudinē
palam voluit demonstrare. Unde nauim
qua simulachrum matris p hygie vehe
batur. vt pater noster Aurelius Augusti*

nus decimo libro de ciuitate dei. memi-
nit multis hominibus. bonisq; conatibus
immobilem redditam. vna muliercula zo-
na alligatam ad sue pudicitie testimoniū
mouit et traxit. Virgo item vestalis. cum
de eius corruptione questio verteretur.
aqua impleta cribro de Tyberiu neq; per
fluente. abstulit controuersiam. Econ-
tra impudicitia sic semper exhorruit deo.
vt apud nullam nationem reliquerit im-
punem. Idcirco ne quis impudicū par-
uipendat aspectum. sed ad ipsum euitan-
dum fugiendūq; semper simus feruentio-
res. qui et quales ex ipso sequantur effectus
ostendit. cum subdit.

Lex^o tricesimusquartus Augustinus

Ecum se inuicem sibi et etiam
tacente lingua cōspectu mutuo.
corda nunciant impudica. et in
concupiscentiam carnis alterutro dele-
ctantur ardore. etiam intactis ab imun-
da violatione corporibus. fugit castitas
ipsa de moribus.

Comentū tricesimūquartū Ambrosius

Uerum quidem est. quod antiquus
sermo dicit. Durissime non po-
test amantium tegi amor. cuius rei
causam illam esse arbitror. quam ipse pre-
ceptor insinuauit his verbis. Amor meus
pondus meum. eo feror. quocūq; feror.
Et rursus. amor transformat amantes in
amatū. et adeo quidem. vt amor vni
efficiatur animus. Et si natura corporū
admitteret penetrationem. idem procul
dubio fieret corpus. quam cum non pa-
tias nutibus. gestibus. et quibuscūq; pos-
sunt actibus nutantur vinculum insinua-
re animorum. quod et de casto et libidino-
so potest amore contingere. Si perfectus
fuerit. caritas ipsa intendit. Si autem
carnalis et voluptuosus. beluini. mores
castitatem iam amissam denunciant.

Hoc est quod ait. mala que ex impudico
sequuntur aspectu explicando. Et cū cor-
da. hoc est cogitationes ipse turpis se ad
amantium. se inuicem. sibi et mutuo ac
libidinoso aspectu. etiam si tacete lingua
vt inter eos nullus prorsus oriatur ser-

mo. impudica esse denunciant. et cum se-
cundum concupiscentiam carnis alteru-
tro. hoc est reciproco delectantur ardore
etiam minime tactis ab immunda viola-
tione corporibus. cum hec in quas q iam
diximus ex impudico puenerint aspectu. s-
danosus et plurimū detestabile sequet ma-
lū. q fugiet castitas ipse de moribus. Itaq;
mala q ex vano proficiscunt aspectu. sūt.
que ipsa sūt corda impudica. q inextin-
guibiles libidis nascunt ardores. q ho-
nestatis flores et omnes beati corrupunt
mores. et quoz qdez corruptela etiaz in-
tacti ab immunda violatione corpibus fu-
git. et tandem ipsa religiosoz sponsa casti-
tas perit. Etenim ex impudico visu i ma-
lam cogitationē. que p cor significat. et
mala aut cogitatione in prauā deuenitur
delectationē. hec plensum parit. et q libi-
dinosē carnis succendunt ardores. et qui-
bus mala gignit opatio p cuius frequen-
tiā suetudo nascit. suetudo autē lege-
z necessitates inducit. Itis fomentis qsi
quibusdā gradibus exerceat libido. tollit de-
mente xguitas. fugit de moribus castitas.
siuina et creiat peccm. q anima misera au-
tit a deo. qm vt a nostro pceptore defini-
tū est. peccm nil aliud est nisi spretio inco-
mutabili bono. adhesio bono pmutabili
quare adultera effecta. ac prouide iure a
suo legitimo sponso repudiata. et expulsa
omnib; auxilio destituta in manus incidit
inimicor. qd in Dalida satis est apte fi-
guratū. que Sampsonē viz suū fortitu-
dine et poliatum suis prodidit hostibus
Quid em p Dalidam nisi concupiscentia
Quid per Sampsonē nisi mens intell-
gitur. Itā quemadmodū Sampson sue
fortitudinis p refecationē capilloz xute
puat. a Dalida vxore hostib; tradit. sic
et aia misera capillis. s est timore et amo-
re dei. pudore. et sue rōnis lumie. ceterisq;
xutib; qbus inuictissime cum hoste pu-
gnans decora spicit. reiectis et omnino
prostratis. a Dalida iuge. hoc est. a p-
ditrice cupiscentia diuino prorsus desti-
tuta auxilio. i laqueos tradit demonioz
Ecclesiastico testate q ait Si videris aie tue
cupiscentias suas. faciet te in gaudium
inimicis tuis. In gaudiū enim eoz te fa-
ciet. cum ab eis captus subuerteris.
Itaq; hostium mos est. vt de bellata ciui

tate. vasa. domos. menia. ⁊ oia in ipsa cō-
tenta subuertant. **V**as autem subuersuz
omni euacuat cōtento. **S**ic cū a demoni-
bus subuersus erit. misera aīa tua. fide. spe
caritate. ⁊ ceteris euacuabit virtutibus. q̄
circa diuine imaginis amisso candore. et
super carbones nigrior effecta. teterrimo
rū spiritū sibi similitudinē pariat neces-
se est. **A**ssentit his **D**aniel sanct⁹. qui vo-
luptuosissimos **S**enes detestans ait. **E**x-
arserunt in cōcupiscentia ei⁹. ⁊ euerterūt
sensum suū. ⁊ declinauerūt oculos suos.
⁊ nō viderent celū. neq; recordarent iudi-
ciorū iustorū. **A**ssentit **A**p̄ls. qui ob eas
rationes iubet nobis. vt oēm malam con-
cupiscentiā mortificare debeam⁹. **A**ssentit
Iohes euangelista p̄cipuus. qui vnū ex
tribus nostris hostib⁹ immissis cōcu-
piscentiā numeravit oculoꝝ. **Q**uare cuz
huiusmodi cōcupiscēte genus torperiat
mala. nō debent religiosi ei relaxare. s; po-
tius calcare habenas. piū imitates **I**ho-
biam dicētē. **F**undā seruau aīam meā.
ab oī concupiscentia.

Text⁹ tricesimusquint⁹ **Augustinus**

Nec putare debet. q̄ in feminā fix-
git oculū. ⁊ illius in seipsum dil-
git fixum ab alijs se nō videri cū
hoc facit. videt omnino. ⁊ a quib⁹ se non
videri arbitrat.

Comentū tricesimūquintū **Ambrosi⁹**

Quamobrem quis ipudice oculos
in feminā figat. p̄ter voluptatum
incentiua. idcirco esse pōt. vel qz
id nō opinat esse illicitū. cui⁹ opinioez p̄
mala ex eo sequentia satis cōstat esse im-
pbatā. vel qz adeo stolidus est. vt ab alio
se videri nō existimat. sicut in presenti lra
inquit. **Q**uidus nisi cecis ⁊ surdis talem
compabinus. **C**eci enī qz ipsi non vidēt
alios minime videre credunt. **S**urdi vō
cū loquant. semp clamant. putātes alios
silitē surdos esse. **S**ic ⁊ voluptuosi ho-
mines in feminas oculos defigētes. qm̄
amore ceci sunt. **I**urta poetarū figmēta.
amorē secū labentū circūassitātes oēs ce-
cos esse putāt. **S**ed lōge cec⁹ est. **V**identē
enī oīno. ⁊ a quib⁹ se videri nō arbitrant

Nō enī **Y**saac sua dum v̄tore **R**ebecca io-
cantē se videri credebatur. cum tū ab **I**ma-
lech **P**alestinorū rege visus p̄ fenestram
fuit. multis itē vtriusq; serus adulteris ⁊
alijs in oī facinore scelestissimis p̄tigit. vt
dū nō se videri existimēt. ⁊ videntē ⁊ com-
p̄hendentē. ⁊ tādē illaqueati magnis affi-
ciunt supplicijs. qd̄ ⁊ iustissimo dei fit iu-
dicio. tū ne etiā in hoc mūdō graua sce-
lera ipone omittant. tū ⁊ alij eorū terrea-
tur exēplo. q̄ pacto ob **A**nanie **S**aphire
qz iudiciū in actib⁹ ap̄loꝝ scriptū est. **F**a-
ctus ē timor magn⁹ in vniūsa ecclesia ⁊ i
oēs q̄ audierūt illud. tū vt oppida. ciuita-
tes. regna. impia. ⁊ tandem oēs respublice
p̄seruent. qm̄ sublata iusticia qd̄ hec oia
nisi magna essent latrocinia. **I**nterdū oī
potens de⁹ scelestissimos hoīes puniri iu-
bet. vt cū eis misericordit agat q̄ten⁹ pu-
niti p̄fusione q̄dam corrigant. correpti se
virtutum faciāt amatotes. **I**urta **D**avid
sniam dicētis. p̄fundant. s. p̄ctōres. ⁊ con-
stantē retrorsum. s̄ est a suis vijs malis p̄-
p̄fusione retrahant. **V**el iō oculos fige-
re quispiā nō veret. qm̄ tādē amentie fa-
ctus est. vt ab insopito diuine maiestatis
oculo credit nō videri. cui⁹ erroneā ima-
ginē refelut cū subdit.

Text⁹ tricesimussept⁹ **Augustinus**

Sed si lateat: ⁊ a nemine hoīm vi-
deat qd̄ faciet de illo desup inspe-
ctote. quez latere nihil pōt. **A**n iō
putand⁹ est nō videre. qz tāto videt pati-
ent⁹. q̄nto sapiēt⁹. **I**lli ḡ vir sanct⁹ tume-
at displicere. ne velit feminā male videre
Illi⁹ nāq; ⁊ in hac cā cōmendand⁹ est ti-
mor vbi scriptū est. **A**boīnat. o est dño
defigens oculū.

Comentū tricesimūseptū **Ambrosi⁹**

Omniplicabile puerorū hoīm ceci-
tate. vt infinitā mentē. in termina-
bilem sapiam. oculū insopitū. et
singula penetrantē. lucē in deficientē. in-
tellectū oia cōprehēdentē. aliqd̄ latere ar-
bitrent. **N**ūquid tenebre tante maiestatz
oculos impedire queūt. vt non omnia vi-
deant. q̄ sole lucentiores cūctas tenebras
fugant. **N**ūquid media. qui oia penetrāt

Nūquid rex efiguitas. qm̄ oēs numerat
 a thamos. Nūquid earū distantia. q̄ oia
 a fine vsq; ad finem attingūt. ⁊ vbiq; sūt
 p̄ntes. Nūquid earū pfunditas. q̄ vniū-
 sas p̄transcunt abyssos. Nūquid rex cel-
 situdo ⁊ sublimitas. qui oēm celsitudinez
 sublimitateq; transcēdunt. Perinde Job
 patientissim⁹ in q̄t. nō sunt tenebre ⁊ non
 est vmbra mortis vbi abscondant̄ q̄ ope-
 rant̄ iniquitatē. Perinde Salomon ait.
 Oculi dñi multum lucidiores sup̄ solem
 Perinde Esaias in p̄sona dei loquēs di-
 cit. Ego i throno meo p̄sidero oia. Per-
 inde Labā q̄q; gentilis ita fāt. Nullus
 sermonis n̄ri testis est absq; deo. q̄ vbiq;
 respicit vniuersa. Hinc etiā David cece-
 nit. ipse est q̄ nouit abscondita cordis. ac
 si diceret. q̄nto maḡ oia alia. ⁊ vbiq; ab-
 scondita. ⁊ rursus exclamās. sic euz affāt.
 Intellexisti dñe cogitationēs meas de lō-
 ge ab ipsa. s. tua eternitate. semitā meam.
 ⁊ funiculū meum inuestigasti. ⁊ oēs vias
 meas p̄uidisti. Et rursus. ⁊ non est sermo
 in lingua mea. quē. s. tu non p̄cognoue-
 ris. Ecce tu dñe cognuisti oia nouissima
 ⁊ antiqua. Tu formasti me. ⁊ posuisti su-
 p̄ me manū tuā. Al. trahilis facta ē sciētia
 tua ex me p̄fortata est. ⁊ nō potero ad eā.
 Et idcirco dñe Quo ibo a sp̄u tuo. ⁊ quo
 a facie tua fugiā. Si ascendero in celum
 tu illic es. si descendero in infernū ades.
 Si sūpero p̄nas meas diluculo. ⁊ ha-
 bitauero in extremis maris. Etenī man⁹
 tua illac deducet me. ⁊ tenebit me dexte-
 ra tua. Ecce q̄mpla. q̄q; excelsa p̄tās ⁊
 sapientia dei vt eā neq; p̄terire neq; fuge-
 re quicq; possit. Et ne sicut amentes vt se
 abscondāt antra petūt locoz. subiūgit. et
 dixi forsitan tenebre p̄culcabūt me. ⁊ nō
 illuatiō mea in delicijs meis. Vana q̄-
 dem ē cogitatio filij hoim. Et quare dñe
 q̄ tenebre non obscurabunt a te. Et nō
 sicut dies illuminabit̄ sicut tenebre eius
 ita ⁊ lumen ei⁹. qm̄ nihil obscur⁹ est in cō-
 spectu tuo altissime. Et q̄re itez dñe. va-
 na est cogitatio petōz a te se abscondere
 volentiū. q̄ tu possidisti renes meos. co-
 gitationes meas intyendo. q̄ tu suscepti-
 sti me de vtero matris mee. potentiam sil⁹ ⁊
 misericordiam ostēdēdo. q̄ nō est occultatum
 os meū a te. qd̄ fecisti in occulto. ⁊ substā-
 tia mea in inferiorib⁹ terre. Impletum

meū. hoc ē pctā mea viderūt oculi tui. et
 in libro mētis tne oēs boni. s. ⁊ mali scri-
 bunt̄. Mis vas electōis Paul⁹ assentiēs
 in tonuit. Dia nuda ⁊ aperta sunt oculis
 ei⁹. qm̄ non solū opa ipsa. sed oēs motus
 oēs gestus. nut⁹. cogitationēs affect⁹. intē-
 tiones. ⁊ deniq; cuiuscūq; generis entī-
 tatis vniūsa. sic ei patent. vt neq; tenebre
 neq; int̄media. neq; eriguitates. neq; di-
 stantie aut remotiones. neq; latebre vlle
 ei⁹ possunt impedire aspectū. Sane q̄ p̄ce-
 ptor n̄r ait. q̄ si fingens oculum lateat
 ⁊ a nemine hoim videat̄. qd̄ faciet desup̄
 de illo inspector. quē latere nihil pōt. qm̄
 vt in libro. lxxxiij. qōnū. ac in de essentia
 dei ait. oculos h̄z altissim⁹. q̄ vis in eo ē.
 in qua oia p̄cipit atq; intelligit. qua oia
 videt. ⁊ nihil ei later. qua oia sunt nuda.
 ⁊ nihil est obscurū. Et cū solus loqueret̄
 cū deo aiebat. fateor equidē. q̄ quicqd̄ fa-
 cio aū te facio. ⁊ illud qd̄ facio. meli⁹ vis-
 des tu q̄ ego q̄ facio. Quid enī sp̄opoz
 tu parē semper p̄ns assistis. vtp̄ote pepe-
 tuus inspector oim cogitationū. intentio-
 nū. delectationū. ⁊ opationū mearū. Et
 idcirco sep̄numero eum totū esse oculū
 dicit. q̄ oia videt. totum manum. q̄ oia
 operat̄. totum pedez. q̄ vbiq; est. magna
 propterea ē nobis indita necessitas recte
 viuendi. vt diu⁹ Boetius in libro philo-
 sophie cōsolationis trāsegit. qui cūcta fa-
 cim⁹ ante oculos iudicis cūcta cernent̄.
 In cui⁹ iudicio cum nil p̄fecto remanet
 inultū. rep̄mī a culpa magnopere debe-
 mus. Ad rep̄menda x̄o delicta vni-
 cuiq; eozum generi sunt antidota contra
 ponenda. nāq; superbiā humilitas. iram
 mansuetudo. inuidiā caritas. gulā absti-
 nentia. luxuriā continentia. pigritiā bene-
 operandi sollicitudo ⁊ spiritualis iocun-
 ditas. auariciam pietatis officia oppu-
 gnant. Contra item oim vitiorum incen-
 tiva. inferni tormenta. contra transito-
 riaz delectationem perpetuum debemus
 dolorem opponere. qm̄ momentaneum
 est qd̄ delectat. qd̄ vero cruciat eternum.
 D̄ igit̄ maximā eoz infantiā. q̄s p̄ mimis
 infinita. p̄ momentaneis cēna. p̄ obscurissi-
 mis lucidissima. p̄ fluxibilib⁹ voluptatib⁹
 sūmū bonū. p̄ cōcupiscētia oculoꝝ nō pu-
 det gloriā perdere angeloꝝ. Quā igit̄ p̄-
 clare eo i libro. quē de libo disputauit ar

bitrio. Sanctus pater noster Augustinus
 pelamavit ad dñm dicens. **U**e qui dere
 liquit te sapientiã. veritatẽ. et ducẽ. et ob
 errant in vestigijs tuis qui nutus tuos p
 te amant. et obliuiscunt quid innuas. **P**
 suauissima lux. purgate mentis sapientia
 nõ enim cessas innuere nobis. que et qñ
 ta sis. et nutus tui sunt oẽ creaturã deu
 cus. qd̄ obuii concupiscentijs et in volu
 ptates demersi. et tãq̄ ceci ambulantes.
 et videri et contẽplari contẽpnuunt. **C**onfe
 ram igitur ex his nihil esse qd̄ diuinã fu
 gat cognitionẽ. **C**onferam proinde sũ
 mũ esse demencie cardinẽ. putare nõ mo
 do oculoꝝ nutus. sed etiã aliquẽ mentis
 conceptũ diuine maiestatis posse intui
 tum preterire. etiã si ad puniẽda malecõ
 missa tardior videat. **H**inc noster accura
 tissimũ preceptor adiecit. **A**n ideo putan
 dus est nõ videre. q̄ tanto videt patien
 tius quanto sapientiũ. tãq̄ si diceret. non
 ob eã rem putandus est deũ oculoꝝ nõ
 rum fixationẽ. et alia perperã gesta nõ vide
 re. si ad nos puniẽdos videat tardiuscu
 lus. qm̄ tanto videt patientiũ. quanto sa
 pientiũ. decet enĩ summã eiũ sapientiã. sũ
 ma vtĩ impunitiõibus faciendis patiẽ
 tia. **E**tenĩ quẽadmodum sapientis est
 oia scire. ita et eiusdem e oia ordinare. **D**i
 rigere. et bñ gubernare. bene autẽ guber
 nantis est et loco. et tẽpori. et rationi. oẽm
 actũ iusticie tribuere. ita vt non solum qd̄
 factũ sit cognoscat. sed rei agende mo
 dũ disponat. et ipsius premeditẽ finem.
Non etiã eum decet sue celsitudinis pre
 rirẽ examen q̄ fit. vt aliũ sit impatoris aliũ
 inferioris potestatis puniẽdi congressus
Quipe excelsoẽ maiestatem. maiore habere
 decet clementiã. **S**ed cum regnante
 i celis maiestate nihil. aut nobilitũ. aut di
 gnus. aut meliũ aut maius. aut prestan
 tius. possit excogitari. infallibilẽ eiũ decet
 sapientiã puniẽda sepe numero dissim
 ulare. atq̄ linire. **J**uxta Valerij ma
 rimi sniam dicentis. **L**ento enim gradu
 ad vindictã sui diuina pcedit ira. qd̄ tum
 sue ascribendũ est nature. cuiũ proprium
 est misereri. tum vt eiũ imitẽ exemplũ. vt
 quẽadmodũ ipse crebro nos equo aĩo to
 lerat et expectat. ita et nos offensores nõ
 stros patientẽ ferre et expectare debeamus
 ne qd̄ absit. sicut seruo neq̄ nob eueniat.

q̄ cũ suo nolisset seruo misereri. coactũ
 e ad oẽ debitũ. qd̄ sibi dimissũ erat. ad
 vngũ multũ cũ supplicijs restituendum
Aũ ne sue fidei aduersarij de suoꝝ fidelũ
 gloriã tormẽtis. p̄inde i deuteronio
 de ipso scriptũ est. p̄pter irã inimicoꝝ di
 stulit. punire. ne forte eoz supbirent ho
 stes. **T**ũ vt acriũ in die puniat vltionis.
Aũ vt multiplicato cumulo pctõꝝ. augea
 tur etiã in hoc seculo numeroꝝ tormentoꝝ
 et delinquenti qd̄ vulgo d̄. p̄tingat. qñ to
 ascendit altiũ. tanto p̄fecto emergit infe
 rius. fiatq̄ deinde. vt talis exẽplo boni
 magis in bono p̄firmẽt. mali ho pecca
 re terreat. **T**ũ deniq̄ vt pctõibũ. q̄s vel
 le penitere nouit misericordit ad ipsũ; re
 deũdi libera prestet occasio. **A**lter enim
 humiles et fideles. aliter vsuti et p̄tinaces
 aliẽ obstinati et infideles in eoz sunt excel
 sibus p̄tractandi. **E**t q̄q̄ de his caus
 deũ pater oim̄ piẽtissimũ pctõres suffer
 re cõsueuerit. sua tñ iusticia non admittit
 vt quippiã scelerẽ relinquat impune. qm̄
 ipsa veritas dicit. sicut nullũ bonũ apud
 eũ inremuneratũ. ita et nullũ erit malum
 ipunitũ. **I**deirco nemo tm̄ de dei cõfideat
 misericõdia vt de sua eq̄tate in refragabiliq̄
 iusticia nõ meditet. **I**pse enĩ et multũ mi
 sericors et longanimis dñs est. ita et iustũ
 est iudex. et iusticiã diligit. et eq̄tatẽ videt
 vultus eiũ. **P**ropterea **D**avid inq̄t. **I**u
 sticia ante eũ ambulabit. et ponet in via
 gressus suos. et rursus vt eiũ iusticie et mi
 sericordie insinuet equalitatẽ decanta
 uit. **M**iscõdia et veritas obuauerunt sibi.
 iusticia et pax osculate sunt. **S**ic ḡ diuine
 sumũ misericõdie p̄fidentes. vt eius iusticiã et
 iudiciũ p̄timefcere nullatenũ omittamus
 alioqñ p̄sumentes potiũq̄ sperantes iure
 cõsemur. **S**ũmi ḡ dei celsitudo. infallibilis
 sapiã. inestibilis iusticia. glie splendor.
 honestatũ decor. in eũ pcti horretia. accu
 satoris auctas. iudiciãdiq̄ ptas. **N**os nõ
 mō cõmouere. v̄z etiã terrere debet. ne p
 perã corã sue maiestati oculos aliq̄d aga
 mus. **Q**uis enĩ non p̄fundat in terrestre
 p̄ncipẽ q̄ et inspector. et accusator. et testis
 et iudex p̄petrati q̄ eũ facinoris esse possz
 peccare. **A**t nõq̄d oẽ pctũ q̄ dei fit volũ
 tatẽ. **N**ũq̄d et corã eo peccã q̄ videns oia
 vbiq̄ e. **N**ũq̄d ip̄ rex regũ et dñs dñan
 tium. **N**ũquid ipse magnũ e dominus. et

laudabilis nimis. cuius magnitudinis non est finis. Nunquid ipse puritas illa est. praequam omne committit facinus. Hinc ingemiscens David lugebat. Tibi soli peccaui. et malum coram te feci. Nunquid et per os Hieremie ipse dicit. Ego sum iudex. et testis. et per Malachiam dicit. Accedite ad vos in iudicio. et ero testis velox maleficis et adulteris et piuris. Quis non igitur Sathana deterior. quam coram domino tam magno. tam digno. tam excelso. tam puro. tam honesto. tam sapiente. tam iusto. et severo peccare non confundat. Recte igitur preceptor ait. Illi sancti. qui talis ac tantus est vis sancti timeat displicere. ne velit femine male placere. Illum cogitet omnia videre. ne velit feminam male videre. ac si dicat. Laqueat ne in tali placetia. vel in tali visu. mali quippiam coram tanta committat maiestate. Et notant male videre. maleque placere ait. quoniam placetia. et visio. utique sine peccato fieri poterit. quas ipse oburgare interdicit mitem. Et addit. illius namque et in hac causa commendandus est timor. ubi scriptum est. Abominatio est domino defringens oculum. Sic ad summum redeunt episcopi cum beato profecto sunt directores. cognitio utpote. timor. et amor. per cognitionem ad timorem. per timorem ad amorem ascendunt. per amorem deus et deo coniungimur. Si enim timere deum volumus. cogitemus eum omnium interiorum exteriorumque actionum nostrarum esse inspectorem. Si titillat te mala conscientia. cogita quod deus tecum respicit. quicquid egeris aut dixeris. aut mente tractaveris. Semper igitur attende super te oculos tante maiestatis eternos cruciatibus minantis. et quibus eris. si timore agitaberis quoniam scriptum est. In initium sapientiae timor domini. Eterna vero timens supplicia cogitabis feditate. labem. abominationemque peccatorum cogitabis. quoniam malum est displicere deo tuo. cogitabis quod abominabile est ei. ut tu oculos tuos in mulierem figas. quos tibi ad necessaria vitae adipiscenda. ad prestandum ceteris membris subsidium. ad sacra divina celestiaque respicienda donavit. Hic preceptor ait in hac causa. et propter has rationes illius commendandus est timor. quem pia nobis incutit scriptura nos a peccatis reprimendo dicens. abominatio est dominus defringens oculum. ac si diceret. timeate et caute vobis oculorum deflexiones. ne per eas vestro

abominabiles sitis creatori. quod eas et odio et abominationi mirum habet immodum. Et sic autem commedato timore. ad dominum conscendimus amorem. quoniam sicut acus filum ut Augustinus inquit. ita timor introducit caritatem. Hinc per Salomonem dicitur est. Timor dei initium dilectionis eius. Et non modo per eum ad dominum vehimur amorem. sed ad suae felicitatis effertur gloria. eodem Salomone testante. qui in prophetis ait. Timor domini hominem glorificat. humiliat enim hominem. humilem vero spiritus suscipiet gloria. Innumera etiam gignit adumenta salutis. hinc Crisostomus. Timor dei. mentes corrigere. curia fugare. innocentiamque servare. Astruxit hinc Bernardus. Timorem dei incipere operari omnium virtutum penitendum asseruit. dum se per iustitiam defert maiori. per prudentiam non credit se sibi. per temperantiam refugit discernere. per fortitudinem totum sibi obediencie subdit non discernende. sed adimplende. Et rursus ait. In veritate se didicisse. nihil equae efficacius esse ad gratiam promerendam retinendam. recuperandamque. quam si ope coram deo inveniaris non altum sapere. sed timere. Et Iohannes timoris dei hortator maximus dicit. Ultra bona habebimus. si timuerimus deum. Et ecclesiasticus. Timeat deum homo in extremis. et in diebus defensionis suae benedicet. timor item domini profunda est radix apostolice perfectionis. quo circa Cassiodorus correptus de timore domini salutarem nasci compunctionem. de compunctione cordis ad renunciationem. hoc est nuditatem et contemptum omnium facultatum. procedere. de nuditate humilitatem. per creati. de humilitate voluptatum generari mortificationem. de voluptatum mortificatione. vniuersa vitia marcescere atque extirpari. de vitiorum expulsiōe. virtutes fructificare atque succrescere. Virtutum pullulatione cordis accipi puritatem. per cordis puritatem. et apostolice caritatis perfectionem possidere. Quid pulchrum. Timor dei nubes carnalium cogitationum et affectionum fugat. mentem serenat. riuos concupiscentiarum restringit. reptilia vitiorum de terra corporis humani exterminat. mare mundi congelando consolidat. et sicut ventus aquilo pluuias dissipat. cor delectat. et gaudium. et letitiam. in longitudinem dabit dierum. Timor

Re igit dñm fratres mei. vt tot tātaq̄ mu-
tera ex eius possitis timore adipisci. quē
tanto magis timere debetis. quanto ma-
gis si preter ea que diximus. ignem. ver-
mes. fetores. frigora. fames. tortores. hor-
rores. tenebras. vincula. ⁊ carceres tarta-
reos. ⁊ horz omnium acerbitatem. diuersi-
tatem. diurnitatē. vniuersalitatēq̄ con-
siderabitis. **S**i celestium virtutum como-
tionem. reatus vestri certitudinē. aduer-
sarioz potentiam. nefandoz operū cui-
dentiam. auxiliantium in opia. propia-
rum virtutū defectus. circūseptantes an-
gustias. torquentium impetum. tube clan-
gorem. sentērie stuporem. iudicij magni-
tudinem. zelum atq̄ thronū iudicis. eius-
dem constantiā. seueritatem. inflexibilita-
tē. perspicacitatem. potestatem. cohortem
vehilla. ⁊ omnis sue passionis insignia. so-
lis ⁊ lune eclipsim. stellarū casum. totiq̄
machine celestis defectum: mariū confu-
sionem. vniuerse terre agitationem. rui-
nam montium pressuras gentium. subitane-
as mores. vniuerse carnis finem. totiq̄ or-
bis cōcremationē. ⁊ deniq̄ vniuersi iudi-
cij signa contēplemini. propter que beatus
Hiero. inquit. **S**ive comedā sive bibas
sive aliquid aliud faciā semp insonare vi-
detur auribus meis illa terribilis vox. **S**ur-
gite mortui venite ad iudiciū. **S**i itē no-
stri redemptori gesta meditemini. **Q**uis
enī non pauca. **Q**uis non timeat huius
seculi statū. ⁊ conditionis sue emergentia
pericula. qm̄ terre celiq̄ dñs super ciuita-
tem fleuit. super **L**azarum defunctū la-
chrymar⁹ est. **E**t tempore sue passionis in
agonia positus pauere tederēq̄ incipēs
dixit. **T**ristis est anima mea vsq̄ ad mor-
tem. **H**inc **B**ernard⁹ ait. ex consideratio-
ne remedij periculi mei existimo quanti-
tatē. filius enī occidi iubet. vt vulneribus
meis precioso sanguinis illi⁹ balsamo me-
deat. **A**gnosce igit homo q̄ graua sunt
vulnera. pro quib⁹ necesse est christū do-
minū vulnerari. sic medicine existimatio-
⁊ doloris ⁊ timoris cōsentanea est erag-
geratio. **S**ūm opere igit nobis placet
cuiusdam potētissimi regis mestitia. qua
sic suorum malorum. diuinisq̄ iudicij me-
mor afficiebatur. vt etiam in solēnitare re-
gia cunctis letantibus ipse letari nō posset
Et interroganti suo germano fratri. quā

id ob rem faceret. tante tristitie cām non
quidem verbo sed facto ostendit hoc pa-
cto. ad ei⁹ palatij ianuaz. suos destinauit
tubycines iuxta regni consuetudinē mor-
tis precones. **A**lijs vō demandauerat. vt
oim oblectamentoz quibus ⁊ letari ⁊ io-
cundari posset ei prepararet. audito quidez
preconio nihil prius. voluit suscipere gau-
dij. **C**ū autē rex diceret. ecce epularum so-
noz. cantus. deniq̄ oim voluptatum ge-
nera. ⁊ omnes apparatus regij coram tu-
is sunt oculis. cur mi carissime frater non
epularis. **C**ur nō iocundaris. **C**ui ille et
lacrimis ⁊ singulibus. ⁊ cordis affectus
dolorib⁹ ait. **Q**uo pacto princeps glorio-
sissime letari possum. cū sciam ex hac lu-
ce me de proximo discessurū. **C**ui rex. in-
q̄ me tibi offendisti fr̄ mi. vt meū tū p-
timescas iudiciū. **A**t ille. vt reor. pfecto in
nullo. sed solo tue maiestatis perterritus
sum edicto. **T**ūc rex. si me fratrem tuū mo-
ralem ⁊ corruptibilem. in nullo a te offer-
sum tantū times. tantūq̄ mei sine causa il-
lato perturbaris iudicio. vt nullam pro-
sus coram tāto apparatu possis suscipere
leticiā. **Q**uid miraris. si mestis ⁊ tristis co-
ram deo celi. corā tanta celsitudine. coraz
oim rerum opifice semp maneo. quē in nu-
meris peccat⁹ infinities offendi. cui⁹ exa-
men strictissimū. cui⁹ iudicium infallibil-
le. cuius tormenta eterna. cui⁹ mors abs-
q̄ morte. cui⁹ aspectu vniuerse contreme-
scunt potestates. **E**cce q̄ fideliter catho-
licus rex mundani hoīs confudit temeri-
tatem. qui dei nō agnoscens timorē. tā fa-
cile tāq̄ repente ab hoīs comprehensus ē
terrore. in quibus quanta timoris dñi sit
virt⁹ dignoscit. **R**ex quidem qm̄ dñm ti-
mebat. neq̄ suos principes. neq̄ hostiuz
impetus. neq̄ tumultuantē populū. ne-
q̄ quācūq̄ verebat⁹ aduersam fortunam
Ei⁹ autē frater. q̄ dñm nō timebat cun-
ctorum cōcutiebat⁹ timore. **P**reclare igit
tur ac sapienter dictū est. illū qui dñm ti-
met. oia timeat. **Q**ui vō non timet dñm.
is oia timeat necesse est. perinde **C**haim
necato fratre. tremulentus effectus inge-
muit dicēs. **D**ēs qui inuenerint me occi-
dent me. **P**ropter qd̄ **A**ug⁹. in cōmenta-
rijs sup psalmos inquit. **S**euit in te fe-
ra. deū time. serpens insidiat⁹. deum time.
homo te odit. deū time. **D**yaabolus te im-

pugnat. *teum time. ac si diceret. si ei⁹ timo-
mes maiestatem non modo hec timere de-
bes. sed ipsa te timebunt. qm̄ tota creatu-
ra sub illo est. que iuberis timere. quia ipse
dixit et facta sunt. ipse mandauit et creata
sunt. Hinc et vitas suis ait discipulis. Ecce
ce dedi vob potestatem calcandi supra ser-
pentes et scorpiones. et supra oem vitutes
mimici. et nihil vobis nocebit Sed vt
timor n^r ad illu nos ducat finem. que op-
tam⁹. Duo timoris distinguim⁹ genera.
Hic alter huilis est. alter cast⁹. Ille est
vt no patiaris pena. h ne amittas iusticia
qd em̄ magni est timere penam. h facit et
nequissim⁹ fu⁹. h et crudelissimus latro. h
adulteri. h proditores. h et impij homici-
de. Non est igit magnu timere pena. sed
magnu est amare iusticia. qui g amat iu-
sticia. nihil timet. timet plane. nonne inci-
dit in pena. sed ne amittat iusticiam. Ob
ea rem Augustin⁹ in libro suaz omeliar
inqt. Si timore gehenne no facis malu.
est in te qdez fides. qz credis futurz esse iu-
diciu. gaudeo fidei tue. sed adhuc timeo
malicie tue qz si timore gehenne no facis
malum. non amore iusticie facis bonum
Aliud est timere pena. aliud est timere iu-
sticia. Amor cast⁹ in te esse debet. quo
amore desideres videre. non celu et terra
non capos liqdos maris. non spectacula
nugatoria. no fulgores nitoresqz gemaru
sed desideres videre deu tuuz. et amare de-
um tuu. propter istam visionem fac bonuz
et noli facere malu. sed ama videre deu tu-
um in hac pegrinatione. illum toto amo-
re suspira et desidera. Ecce fac. q te vult p-
bare de⁹ tuus. vt appareat. pro qb⁹ rebus
diligas eu. vtz pro seipo. an p reb⁹ ter-
renis. quas tibi prestitit et dicat tibi. fac
qd vis. Imple cupiditate tuam. extende
nequitia. dilata luxuriam. Quicqd libue-
rit licitu puta. Non te h punio. Non te h
in gehenna mitto. facie meam nunqz vi-
debis. Si ad ista sniam expauiisti. amasti
Si ad hoc qd dictu est. faciem sua nega-
bit tibi de⁹ tu⁹. stremit cor tuu. et non vi-
dendo deu tuum magna penam putasti.
gratis amasti. hoc io dixi. qz sunt homi-
nes ita negligentes. et tepidi. et infideles
q dicunt. vtinam hic deus in hoc seculo
omia bona tribuat non ad me ptnet. qd
in futuro de me fieri velit. O infelix aia.*

etia si te de⁹ no dimittat in pena. timo-
do faciem sua te videre non pmittat. nu-
quid no meli⁹ fuerat. te no fuisse natum.
Cum ho fieri no possit. vt qui faciem ei⁹
no meruerit videre. ignem eternu euade-
re possit. Quare sic amas pntis seculi vo-
luptate. vt no expauecas eterni ignis ar-
dorem. Propterea ad amorem dei. ppul-
so timore nos hortat dicens. Si g me⁹
sermo inuenit i vobis aliqua sintilla gra-
tuiti amouis dei. ipsam nutrite. ad hanc
augenda vos aduocate pce humilitatis.
dolore pnie. dilectione iusticie. operibus
bonis. gemitib⁹ sinceris. puerfatioe dya-
boli. amicitia fideli. hanc sintillam boni
amouis de qua dñs dixit. Ignem veni mit-
tere in terram. et quid volo nisi vt ardeat.
Flate in vob. nutrite i vob. ipsa cu creuit.
et flama dignissimam fecerit omniu cupi-
ditatu carnalium ligna consumet.

Textus tricesimusseptim⁹ Augustin⁹

Quando ergo simul estis in eccle-
sia. vel vbiqz femine sunt inui-
cem vestram pudicitiam custodi-
te. deus eni qui habitat in vobis etiā isto
modo custodiat vos et vobis.

Comentū tricesimūseptimū Ambrosi⁹

Imediate ante asseruit. oculum
desigentes deo abominabiles ee.
ideo ne huiusmodi super nos ca-
dat abominatio. de custodienda pudici-
tia mandatum transigit dicens. Quan-
do ergo simul estis in ecclesia. vel vbiqz
femine sunt inuicem vestram pudicitia cu-
stodite. Custodienda e vtiqz summo stu-
dio pudicitia. tu qm̄ humani generis ho-
stes incredibili quadam sollicitudine ea
nobis auferre nitunt. Unde in vitis pa-
trum legitur. quendam heremi cultorem
summūqz pudicitie sue custodem. annos
xl. vt illam amitteret. a demonibus fuisse
atrociter teptatum. Sūt quide vt scriptu-
ra testatur. velut locuste arborz flores de-
uastantes. At enim quid aliud est pudici-
tia nisi quidaz flos redolentissimus hu-
mane mentis. Unde et qui de sua vir-
ginitate sunt ab ecclesia probati. pro sue
pudicitie nitore. p sue sanctitate insignio
b

fragrantia lilia gestant. tū q̄ fragile vas est. in q̄ tantus est recōdit⁹ decor. Iuxta Apli sententiam dicentis. Habem⁹ thezaurum istū in vasis fictilib⁹. huiusmodi autem vasa magna consueuerūt diligētia custodiri. Tū ob suam p̄ciositatem atq̄ p̄stantiam. Que enī ponderatio est. vt ecclīasticus inquit. digna aīe continētis. Tum qm̄ rarus est in hoīe tant⁹ virtutis splendor. Et vō omne rarū. vt Cicero inquit. p̄clarū. Tum deniq̄ qm̄ celestē mun⁹ est. et in sacris litteris. sumopere creberrimouē. cōmendatū. p̄clare igitur a venerabili Hugone dictū est. pudicitiam esse virtutē spiritualem et celestem que hoīem a terra subleuat. angelis sociat. deo coniungit. de terrenō celestem. de carnali facit spiritualem. hec quidē humanam transcendit naturam. Nā q̄ homo pudic⁹ sit. et castus. nō tā humana q̄ diuina operat⁹ virtus. per hāc nos amat⁹ inuisibilis sponsus. Non enī placet deo aīa si casta et pudica nō extiterit. Nāq̄ si imūditie luxurieq̄ deseruit. reprobā est. et sue q̄ abominabilis maiestati. Pudicitie autē sic nō modo hominib⁹. s; deo accepta est. vt ob eaz non dedignetur eidem rōnali menti seipsum exhibere in sponsum.

c Hinc nobis inuidet. hinc nos impugnare non cessat antiqu⁹ hostis. Ipse enī est inuasor. p̄uasor. suggestor. et incensor. atq̄ accensor. imundicie atq̄ luxurie. plures decipit. plures incendit atq̄ succēdit. plures corrumpit. Nō parcat clericis. nō parcat monachis. et q̄s satis gemendum est. ipsos etiam religiosos prosternit. Necesse est ergo sūma vigilantia inuicē nostram pudicitā custodire. Nā si eam perdimus. totū amittim⁹. etiā nosmetipsos. Qui pdit pudicitiam. perdit animā suā. perdit deum. perdit societate angeloz. perdit seipsum. Sed ad hoc in vniū habitamus. vt inuicē custodiam⁹. inuicē corrigam⁹. inuicē erudiamus. vt quod quisq̄ nō potest per seipsum possit per aliū.

b Quoniam autem pacto nostram valeamus custodire pudicitā iam indagandū est. Quippe cum nemo vir bon⁹ sine aliquo afflatu diuino. vt inquit Socrates. Custodiende pudicitie excellentissimum propugnaculū ē dei gratia. sine qua oīs alia superuacua est cautela. Dauid. pphe

tarum eximio testante. qui ait. Nisi dominus custodiret ciuitatem. frustra vigilat. qui custodit eam. Et pater Augustin⁹ in commentarijs sup psalmos huic assentit sententie dicens. Hec ē disciplina christiana. q̄ nemo facit aliquid bñ nisi gratia dei. quod facit hō male. ipseus est hominis. quod facit bene. de beneficio dei facit. et cū ceperit bñfacere. nō sibi tribuat. Et cum nō sibi tribuerit. gratias ei agat. a quo accepit. Et in libro de p̄destinatione sanctoz inquit. Ad nullum op⁹ bonum. vel incipiendum vel perficiendum quēq̄ sufficere posse consentiendum est. Et in libro de grā et libero arbitrio. Sp̄a bona opera ille in nobis opatur. de quo dictum est. Deus enī operatur in nobis. et velle et operari pro bona voluntate. Et in libro de varia innocētia. Nullis meritis gratiam p̄uententib⁹ debetur merces bonis operibus. si fiāt. sed gratia que non debetur procedit. vt fiāt. Hinc etiā in libro de gratia et libero arbitrio adiecit. Sine gratia dei nihil boni agere possumus. veritate testāte que ait. Sine me nihil potestis facere. Et Apostolus ait. Non sumus sufficientes ex nobis. tāq̄ ex nobis aliquid excogitare. sed sufficientia nostra ex deo ē. Et rursus. nō est volent⁹ velle. neq̄ currēt⁹ currere sed dei miserēt⁹. Et apostolus Iacobus. Omne datunt optimū inquit. et omne donum perfectuz desursum est descendens a patre lumen. apud quem nō est transmutatio. neq̄ vicissitudo. neq̄ obumbratio. perinde parens noster in deuotissimo suaruz confessionū volumine agebat. Quis est hominū qui suam cognoscens infirmitatē. audeat viribus suis castitatē atq̄ innocētiā suā tribuere. Cum sapiens dicat. scio q̄ nemo potest esse continens nisi de⁹ det. Et rursus. eodem in libro id considerans ita cum feruore. magna plenus fiducia postulat. Domine continentiam iubes. da quod iubes. et iube quod vis. ac si diceret si mandas cōtinentiā vt tuis parere possimus mandatis. tuum nobis rorem infunde. Hec est nostrorum renū possessio. de qua Dauid sanct⁹ loquebatur ad dominū dicens. Tu possedisti renes meos. ac si renū lumborūq̄ custodiam. per quam splendor nitet castitatis. in dei

Hsistere p̄tate assereret. H̄ac d̄ine gr̄e cu-
 stodiā. h̄ pro nob̄ p̄cat̄ dicens. De⁹ q̄ ha-
 bitat in vob̄ etiā isto mō custodiat vos ex
 vob̄. tanq̄ si patenter assereret. insuffici-
 entē esse nr̄am custodiā. nisi adsit gratia
 dina. cū neq̄ in se. neq̄ in aliū quispiam
 possit pudicitā custodire. nisi nob̄ prepo-
 tens adsit de⁹. Ea de re ita viuere sudea-
 mus. vt nos in ip̄o. ⁊ ip̄e in nob̄ habitare
 dignet̄. quaten⁹ p̄ eū in nob̄ habitantes.
 qd̄ ex nob̄ non valem⁹. nostrā tueri p̄di-
 citā possim⁹. H̄ac gratia p̄fortat⁹ Ap̄ls
 carnis stimul⁹ ⁊ sathane colaphos valē-
 ter sustinebat. Hui⁹ virtutem b̄tus Die-
 ronym⁹ sane intelligens. b̄m̄ illum p̄di-
 cabat. q̄ statim vt cepit cogitare interfecit
 cogitat⁹. ⁊ alludit eos ad petrā. petrā i-
 quā xp̄m hoīs dei filiū. hac p̄dit⁹. Sid⁹ il-
 lud celeste Nicolā⁹ tollētinas inumeras
 minas. atrocissima verbera. ⁊ inexplicabi-
 les sathane horrores. vt suam illesam cu-
 stodiret x̄ginitatez eā animo tulit. p̄ h̄ac
 excelsus Antonius Abbas dira demoniū
 bella sup̄auit. p̄ hanc om̄is h̄ūana robo-
 raē fragilitas. merito igit̄ Ap̄lo Paulo
 carnis tēptationes ab eo auferti postulā-
 ti x̄itas dixit. Paule sufficit tibi gratia
 mea. Quib⁹ p̄feram⁹ fratres. vt in nob̄
 pudicitie dignitatez ab om̄i queam⁹ ad-
 uersitate defendere. precipuū atq̄ effica-
 tissimum defensorium esse summi dei gra-
 tiam. quam vt habere valeam⁹. et⁹ maie-
 statis implorem⁹ auxiliū. corde oreq̄
 tēptationibus imminentibus dicentes.

De⁹ in adiutorium meum intende. do-
 mine ad adiuuandum me festina. Ver⁹
 nanq̄ iste tante virtutis est. ⁊ efficientie. vt
 om̄es humanos ordinet affect⁹ ⁊ a cun-
 ctis hostiū visibiliū atq̄ invisibiliū tūea-
 tur incurrib⁹. Et vt in libro de perfectione
 sp̄iali interioris hominis d̄r. habet ad ū-
 lus omnia discrimina imminētia prote-
 ctionē diuine inuocationis. Eū doctor
 erimius Ambrosi⁹ in huius x̄sus prola-
 tione arrianos armata inuadēs manu tri-
 umphator euasit. h̄ ⁊ tumoris ⁊ sollicitu-
 dinis p̄petuam vigilantiaē. h̄ ⁊ proprie fra-
 gilitatis vehementem p̄siderationem. ha-
 bet inestimabilem exauditionis fiduciaz.
 Carmen item h̄ om̄ib⁹ infestationem de-
 monū patientib⁹. ⁊ inexpugnabilis mur⁹
 est. ⁊ clypeus minutissimus. defendens

nos p̄tra omnem vitioz impugnationez
 Hoc a vitijs purgat. viutes in animo il-
 lustrat. mentem serenat. ad celestes theo-
 rias eam p̄ducit. ad illū ineffabilem oīo-
 nis ardorem exollit. gratiam impetrat.
 gloriā ineffabilis parit trinitatis. h̄inc
 ei immediate decantandū ecclesia adiecit
 Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Si-
 cut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper ⁊ in
 secula seculorum Amen. Quib⁹ de rebus
 sic illud nob̄is crebro dicendum est. ⁊ ita
 familiare faciendū. vt non modo vigilā-
 tib⁹. verumetiam ⁊ dormientib⁹ nob̄is ve-
 niat in mentem. Hoc nos de cubili genu-
 um curuatione eripiat. h̄ sedentes. h̄ stan-
 tes. h̄ ambulantes. h̄ omne bonum opus
 facientes meditemur. hoc in nostri cordis
 luminib⁹. orisq̄ ianuis p̄scribamus. hanc
 inuocāde diuine celsitudinis formā mēs
 indefinenter teneat. donec vsu eius inces-
 sabili ⁊ iugi meditatione firmata. omnes
 p̄cupiscentias. omnes ornatu seculi. om-
 nes delicias. omnes opes ⁊ dititias. om-
 nes stat⁹ ⁊ honores. omnes deniq̄ volu-
 ptates. et terrenarum rerum affectus abij-
 ciat. refutet ⁊ cōtemnat. Et hoc pacto hu-
 ius versiculi virtute sue pudicitie fulgo-
 re anima corruscans. ad eterni regis pala-
 cia cunctis bonis referta cōmigrabit. Et
 q̄z hic modus diuine inuocande maie-
 statis precellentissimus sit. nō desunt. ta-
 men alij innumeri dūmodo a purgatis p̄-
 ferant̄ mentibus. Unde preceptor no-
 ster. cum in libro de salutaribus documē-
 tis. diuinam clementiam. vt desideria car-
 nalia. delectatio spiritualis nob̄is iminu-
 at. pietas crudelitatis iram restringat.
 malignitatem patientia coerceat. ⁊ libidi-
 nem vincat prudentia. iusserit exorandā.
 ipse hoc pacto eam exorauit dicens. Do-
 ne domine lacrimas meas in conspectu
 tuo. ⁊ perueniat ad te in celū. Deprecatio
 mea. Adesto mihi peccatori. ⁊ sbueni at-
 q̄ in manibus tuis cōmēdatum tibi me
 ipsum suscipe. liberans me de ore seuissi-
 mi draconis ⁊ de manu atrocissimi infer-
 ni. Cum acceperis me. ⁊ auferes de me
 dno vmbre mortis. immo deduces in semi-
 tam lucis in clarissimam regionem viuē-
 tium. colloca me in caulis tutissimis gre-
 gum tuorum. q̄ tu es pastor bon⁹ qui re-
 quiris ⁊ reduc̄ perditam ouem. tueris et

saluas inuentas. foves /r sanas languidã
Tu es, misericors dominus q̄ sperantes in
te non confundis. requirentes te nõ dere
linquis. reuertentes ad te nõ respicis. sed
exaltando ⁊ laudãdo suscipis. atq; in eter
na beatitudine vna cu; sanctis tuis eter
naliter regnare cõcedis. qz est tibi cū eter
no patre ⁊ spiritu sancto. vna diuinitas.
gloria virtus imperium. ⁊ potestas in se
cula seculorum Amen. Et in libro medi
tationũ q̄ humiliter q̄ dulciter. q̄q; de
uote ⁊ obnite Iesum ch̄stum creatorem
⁊ redemptorem nostrum verum deũ. ver
ũq; hominem. Illud Ap̄ti cupio dissol
ui ⁊ esse cum ch̄sto. ⁊ psalmũ. Jubilate
deo ois terra. psalmũ dicite nomini eius
Date gloriam laudi eius. contemplan. ro
get. exoret. ⁊ p̄cetur. audiam. **b** **D** ch̄
ste dñe inquit verbum patris. qui venisti
in hunc mundum pctõres saluos facere.
Rogo te per indulgent. s̄sima misericor
die tue viscera. emenda vitam meam. me
liora actus meos. compone mores meos
Tolle de me qd̄ mihi nocet. ⁊ tibi displi
cet. Et da quod nosti tibi placere. ⁊ mihi
prodesse. Quis p̄õrde in mundo mundum
facere. nisi tu solus. Tu es deus omnipo
tens infinite pietatis. qui iustificas impi
os ⁊ viuificas mortuos. qui imutas pec
catores ⁊ non sunt. tolle ergo de me q̄c
quid offendit oculos pietatis tue in me.
Lorã te domine ẽ sanitas ⁊ infirmitas
mea. illam serua. istam sana. sana me do
mine ⁊ sanabor. saluũ me fac ⁊ saluus ero
Tu qui infirma sanas. ⁊ sanata cõseruas
Tu qui solo nutu tuo restauras dirupta
⁊ collapsa. Si enim digner̄ in agro tuo
serere bonũ semẽ. necesse est vt manu pie
tatis tue spinas prius euellas vitiorum
meorũ. Dulcissime. amantissime. beni
gnissime. pulcherrime. infũde obsecro mul
titudinem dulcedinis tue ⁊ caritatis pec
catori meo. vt nihil terrenũ. nihil carnale
desiderem vel cogitem. sed te solum amẽ.
te soluz habeã in corde meo. ⁊ in ore meo
Scribe digito tuo in pectore meo. dulce
memoriã tuĩ mellis sui nominis nulla vn
q̄ obliuione delendam. Scribe in tabu
lis cordis mei voluntatem tuam ⁊ iustifi
cations tuas. vt te imense dulcedinis do
minũ. ⁊ precepta tua semper habeam pie
oculis meis. Succende mentes meã igne

tu o quem misisti in terras. ⁊ voluisti vehe
menter accendi. vt sacrificiũ spiritus con
tribulati ⁊ cordis contriti abortis lacri
mis quotidie offeram tibi. Dulcis ch̄ste
bone iesu. sicut desidero. sicut tota mente
affecto. Da mihi amorem tuum summũ ⁊
castum. qui me repleat. teneat. totũq; pos
sideat. ⁊ da mihi euidentis signum amoris
tui. irriguũ lacrimaz fontem iugiter ema
nantem. vt ipse quoq; lacrimẽ tuũ testen
tur amorem. Ipse prodant. ipse loquan
tur. quantum te diligit aia mea. dũ p̄ nis
mia dulcedine nequeat se a lacrimis con
tinere. Reminisce dñe illius bone mulie
ris. que ad tabernaculũ pro filio veni
rogatura. de qua scriptura refert. qz vultus
illius post lacrimas ⁊ preces nõ sunt am
plius indiuersa mutati. Sed memor tan
te virtutis. tanteq; constantie doloretoz
queoz. ⁊ verecundia confundoz. qz me mi
serum nimis deorsum iacere intueoz. Si
enim ita fleuit. ⁊ in fletu perseverauit mu
lier que querebat filiũ. quomodo in plan
ctu pl̄stere debet anima mea. que que
rit et amat deum. ⁊ ad dominũ peruenire
desiderat. Quomodo gemere ⁊ flere dẽ
anima que querit dominũ nocte ac die.
que p̄c̄t ch̄stum nihil velit amare. **A** i
rum quoq; non est. si iam facte sunt lacri
me sue panes die ac nocte. Respice ergo
⁊ miserere mei. Dolores cordis multiplic
cati sunt. Da mihi consolationem tuã ce
lestem. ⁊ noli spernere animam peccatricẽ
pro qua mortuũ es. Da mihi lacrimas ex
tuo effectu internas que peccatoz meoz
possint soluere maculas. ⁊ celesti locun
ditate semp repleant aiam meam. Venit
qz mihi i mentem alterius mulieris mira
d euortio. que in sepulchro iacentem amo
re pio querebat. que recedentib; discipu
lis nõ recedebat q̄ sedebat tristis. ⁊ merẽs
⁊ diu multũq; flebat. ⁊ surgens multisq;
lacrimis itez iterũq; antra sepulchri vigi
lantib; oculis explorabat. si forte alicubi
te videre posset. desiderio feruente q̄rebat
Jam forte semel ⁊ itez ingressa sepulchz
viderat; nimmũ amanti satis nõ erat. vir
tus enim boni opis perseverantia est. Et
qz p̄c̄t ceteris dilexit. ⁊ diligendo fleuit.
⁊ flendo quesuit. ⁊ querendo p̄seuerauit.
ideo prima oim inuenire te. videre te ⁊ al
loqui te meruit. Et nõ solum hec. sed etiã

Ipsis discipulis gloriose resurrectionis tue
 pronuncia extitit. te precipientem. et clemē-
 ter monēte. Vade dic fratribus meis ut
 eant in galileam. ibi me videbunt. Si igitur
 fleuit. et in fletu perseveravit mulier.
 que vivente querebat. que te manu fide-
 riq̄ tangebatur. quomodo plāgere et in plan-
 ctu persistere debet talis anima. que te ex
 corde diligit totoq̄ desiderio videre con-
 cupiscit. **Q**uodolum confugiu et unica spes
 miserorū. **T**ibi nūq̄ sine spe misericordie
 supplicat. presta mihi hanc gratiā propē
 nomē tuū sanctum. ut quotiens de te cog-
 ito. de te loquor. de te scribo. de te lego.
 de te confero. quotiens tui reminiscor. ti-
 bi assisto. laudes preces et sacrificiū offe-
 ro. totiens a mortis lacrimis. in conspectu
 tuo copiose et dulciter fleā. ita ut efficiant
 lacrimę mee panes die ac nocte. **T**u qui-
 dem rex glorie. et omnium virtutum magister
 docuisti nos verbo et exēplo genere et fle-
 re dicens. **B**eati qui lugent: qm̄ consolā-
 buntur. **T**u fleuisti defunctū amicum. et la-
 crimatus es valde super periturā civita-
 tem. **R**ogo te Jesu p̄ illas lacrimas. et p̄
 omnes miserationes. quib⁹ mirabilē no-
 bis perditis subvenire dignatus es. **D**a
 mihi gratiam lacrimarum quā desiderat
 et appetit anima mea. qm̄ sine dono tuo
 nō possum habere eam. **D**a per spiritum
 sanctum tuū. qui corda mollit peccatorū
 et ad fletum cōpungit. **D**a mihi gratiam
 lacrimarū. sicut dedisti p̄b̄ nostris. quo-
 rum vestigia debeo imitari. ut plangā in
 omni vita mea. sicut ipsi plangerūt die ac
 nocte. propter merita et oratiōes eorū qui
 tibi placuerūt. **M**iserere mei. miserere mei.
 et indigni serui tui. **E**t da mihi gratiā la-
 crimarum. da irriguū inferius. et irriguū
 superius. ut sint mihi lacrimę mee panes
 die ac nocte. **E**fficiatq̄ in conspectu tuo
 deus meus per ignem cōpunctionis. ho-
 locaustum pingue et medullatū matuti-
 num totum in ara cordis mei. et tāq̄ pin-
 guissimū holocaustū assumar tibi in odo-
 rem suavitatis. **D**a mihi fontem irriguū
 fontem perspicuū. in quo lauetur conti-
 nue illud inquinatum holocaustū. licet
 enī me tibi totū optulerim opitulante gra-
 tia tua. in multis tñ q̄tidie offendo pro-
 pter nimiam fragilitatem meam. **D**a mi-
 bi ergo gratiam lacrimarum. benedicte et

amabilis de⁹. precipue et multa amoris
 tui cōmemoratione misericordiarū tuarū.
 prepara hanc mensam famulo tuo in cō-
 spectu tuo. et da mihi eā in potestate. ut q̄-
 tiens volo satiar ex ea. **T**ribue pro pie-
 tate et bonitate tua. ut iste calix tu⁹ inebri-
 ans et preclar⁹ satiet sitim meā. ut inhiat
 sp̄s meus. et ardeat mens mea in amore
 tuo. oblit⁹ vanitatis et miserie. **A**udi de⁹
 meus et lumē oculoꝝ meorū. audi que
 peto. et da ut petam quod audias pie dñe
 et exorabilis. ne efficiaris mihi inexorabi-
 lis propter peccata mea. sed propter bo-
 nitatem tuā suscipe preces serui tui. et da
 mihi effectum petitionis mee. et deside-
 rij mei precibus et meritis gloriose virgi-
 nis **M**arie domine nostre **A**mē. **D**e de-
 uotionis ardore. **D**e contemplationis aq̄-
 lam. **D**e sententiarum celsitudine. **D**e diu-
 ne caritatis feruorem. **Q**uis non mouea-
 tur fratres. **Q**uis nō cōpungatur. **Q**uis
 non conteratur. **Q**uis in diuino non suc-
 cendatur amore. cum talem ac tantum ta-
 literq̄ deprecantē audiuius oratorem.
Poterit ne diuina clementia tam seruētī
 oratori quippiam denegare. **D**iscite igit̄
 a magistro discipuli. discite a patre filij.
 discite a tanto capite membra. diuinā ero-
 rare pietatem. **P**ostulate conseruande pu-
 dicitie gratiam. **I**nuocate dei clementiā
Imploꝝate auxiliū. ut nos mundos con-
 seruare possitis. **P**etite et accipietis. **P**ul-
 sate et aperiet̄ vobis. **O**bedite iubētī. quo-
 niam vnicuiq̄ paratus est dare petenti.
Neminem fallit. q̄ veritas est. **A**ffluen-
 ter donat. qm̄ diues est. **L**ibenter tribuit
 quoniam liberalis est. **N**ulli denegat. qm̄
 cōmunis pater est. **N**emo ab eo in donat⁹
 recedit. qm̄ nemo a suo pot̄ se calore ab-
 scondere. si se sue humiliter presentat ma-
 iestati. **N**ō pigeat igit̄ fratres mei gra-
 tiam postulare et nostro cum honorū oim
 largitore. et celestem sic affari imperato-
 rez. **T**u enim dñe dixisti ore tuo sancto et
 benedicto. **S**i q̄s sint. veniat ad me. et bi-
 bat. fons vite da sitienti aīe. semper bibe-
 re ex te. ut sim sanctam et veridicā promi-
 sionem tuam de ventre modo fluat̄ aque
 viue. fons vite reple mentem nostrā tor-
 rente voluptatis tue. et inebria cor nostrū
 sobria ebrietate amoris tui. ut obliuiscā-
 mur que vana sunt et terrena. et te solū in-

giter habeam⁹ in memoria nostra. **M**e-
mores tui sum⁹. ⁊ in te delectati sumus.
Da spm̄ sanctum tuum. quem significa-
bant aque. quas sitientib⁹ datur⁹ te pmi-
seras. Tu dñe de⁹ diues oim bonorum. ⁊
dapum supne satietatis opulētissime lar-
gitor. Da lapsis cibum. collige dispersos
reintegra scissos. En p̄. immense pietatē
anim⁹ n̄r stat ad hostium ⁊ pulsat. Obse-
cram⁹ te p viscera misericordie tue. quib⁹
visitasti nos oriens ex alto. api pulsanti
misero manū misericordie tue ⁊ iube pro-
picabili dignatione: vt ingrediat⁹ ad te ⁊
req̄escat in te. reficiat⁹ de vino panēq; cele-
sti. q̄ satiat⁹ resumptisq; virib⁹ ad supio-
ra p̄scendat. ⁊ de hac lachrymarū valle p̄-
na sancti desiderij raptus ad celestia reg-
na volitet. Assumat dñe. assumat rogam⁹
assumat sp̄s noster pennas vt aq̄le. ⁊ vo-
let. ⁊ non deficiat. ⁊ volet. ⁊ pueniat vsq;
ad decorem dom⁹ tue. ⁊ locum habitatio-
nis ciuium supnoꝝ pascat⁹ de oculis in
loco pascue iuxta deliciaꝝ tuarū fluēta ple-
nissima. **D**ñs item n̄r Iesus christus
oim magister optim⁹. ⁊ nostre salutis au-
ctor gloriosissim⁹. etiam impetrandarum
gr̄az viam atq; modū efficacissimum do-
cuit dicens. **E**ū oratis dicatis p̄ noster
in qua quidē oratione oēz vim orādi atq;
postulandi sub septem petitionib⁹ breuē
p̄plexus est. in quaz trib⁹ eterna. in reli-
quis h̄o quatuor. tpalia petunt. que ta-
men propter eterna p̄sequenda. vt Augu-
stin⁹ inq̄t. sunt necessaria. Nam qd̄ dici-
mus. Sanctificet nomen tuū. Adueniat
regnū tuum. Fiat voluntas tua. sicut in
celoz in terra. Sicut non absurde quidez
intellerunt in spū ⁊ corpe omnino sine
fine retinenda sunt. ⁊ hic inchoantur. Et
quantūcunq; p̄ officim⁹ augent⁹ in nob.
p̄fecta vero qd̄ in alia vita sperandum ē.
semp possidebunt. **Q**d̄ vero dicimus pa-
nem nostrz quotidianū da nobis hodie.
⁊ dimitte nob̄ debita nostra. sicut ⁊ nos
dimittimus debitorib⁹ nostris. ⁊ ne nos
inducas in temptationem. sed libera nos
a malo. Quis nō videat ad p̄ntis vite in-
digentiam p̄tinere. In illa itaq; eāna vi-
ta. vbi nos sp̄ speramus esse futuros. no-
minis dei sanctificatio. ⁊ nomen eius ⁊
voluntas eius in nostro spū ⁊ corpore p̄-

fecte atq; immortaliter permanebunt. pa-
nis h̄o quotidianus ideo dicitur est. qz h̄
est necessarius anime. carniq; tribuend⁹
est. siue spūaliter. siue carnaliter. siue vtro-
q; intelligatur mō. **H**ic est etiā quam po-
scimus remissio. vbi est cōmissio peccato-
rum. **H**ic temptationes que nos ad pec-
candum alliciunt ⁊ impellunt. **H**ic deni-
q; est omnis carnis oculoꝝ ⁊ mundi cō-
eupiscentia. omnis voluptas. omnis ambi-
tio. omnis iracundia. omnis incontinen-
tia. omnis illecebrosus actus ⁊ omne ma-
lum a quo cupimus liberari. **E**cce qd̄ di-
lucide insufficientiaz nostram redemptoz
noster insinuās. qz oportune docuit om-
nium nostrarum necessitudinum gratiaz
nobis esse impetrandam. **S**ed quid p̄
prolixas ⁊ longas fatigamur orationes.
habemus nomen quod inuocatū omnes
repellit temptationes. **H**oc idcirco auda-
cter prepono. qz non solum quotidie. sed
oratum. imo singulis momēt̄ scutū ē oim
violentiarum meaz. si me aut carnis. aut
gule. aut mundi. aggreditur concupiscen-
tia. illo inuocato mor̄ recedit. **S**i casus.
si insidie. si deniq; alia mundi iminent pe-
ricula illo plato magna adest securitas.
Si lites. si discordie. si deniq; turbines
mentis oriuntur. per eius dulces ample-
rum cuncta fiunt tranquilla. **M**inim⁹ no-
minis sanctissimi inuocatio iuuat pusilla
nimes. refouet flebiles. succurrit miseris.
reprimat audaces. confundit supbos. **D**e-
bellat hostes. subijcit ⁊ fugat demones.
deponit potētes. exaltat humiles. robo-
rat fideles. obcecat hereticos. indurat ob-
stinatos. suscipit cōfidentes. confortat sa-
nos. liberat infirmos. mitigat dolores. ⁊
vniuersas sanat languores. **Q** nomē san-
ctissimū. nomen gloriosum. nomen potē-
tissimū. nomen dulcissimū. nomen sine in-
termissione inuocandum. **S**ed quod ē il-
lud nomē fr̄s mei. dicite queso. qd̄ est il-
lud nomen tam grande. tam excelsum. tā
efficax. tanta deniq; deuotione inuocan-
dum. **H**oc inquam illud nomen est. in
quo oportz omnes homines saluos fieri
hoc est illud nomē. quod est super omne
nomen. in quo ⁊ per quod dei hominisq;
filius est saluator mundi. ad cuius inuo-
cationem omne genu celestium terrestriū
⁊ infernorum curuabit. quod omnis lin-
g

11

12

gua confitebitur. quod omnes in die no-
 vissimo terrebunt. Huius virtute dulces
 Stephano lapides fuerunt torētis. Sau-
 lus relicta sinagoga factus est doctor gen-
 tium. Augustinus relicta manicheorum secta
 sub ficuue prostratus surrexit splendor eccle-
 sie. Hoc est in quā illud nomen. quod in la-
 cte biberat matris. sine quo quibus illius p-
 secutor esset. nullam quantumcumque expoli-
 ta sibi lectio afferebat dulcedinem. Mira-
 ra o magne pietatis mysterium. vt ex illo
 suggerat lac dulcedinis. quod venenato
 insequeretur ense. hic moriebatur insequen-
 do. illud sanabat occurrēdo. h nocere non
 omittēbat. illud prodesse non sinebat. hic
 venena. illud mella dabat. hic nuadēdo
 elongabatur. deus per illud miserēdo ei. p-
 pior efficiebat. Sed noli nos ampliori af-
 ficere expectatione. quod est istud nomen tā
 benignum. tam suauē. tam piū et clemēs.
 vt per illud tū summi dei moueatur cle-
 mentia. anhelamus et concupiscimus il-
 lud nobis explicari. Illud quippe est
 quod bisyllabum est. per cuius primā syl-
 labam imensitas eternitasque signat. per se-
 cundam super vniuersum sessio importa-
 tur. quod ideo duarum est syllabarum. quia
 due fuerunt et sunt in christo nature. et quā
 ad naturam diuinam imensitas et eterni-
 tas spectat. ideo per primā et vnam sylla-
 bam hec duo in vna deitate denotantur.
 et quā vt hominis etiam filius est. accepit
 sedere super solum dauid. sicut ei celestis
 patris promissit dicens. de fructu ventris tui
 ponam super sedem tuam. Et gabriel an-
 gelus. vt in euangelio Luce scriptum est
 ad Mariam dixit. Et dabit illi dominus
 deus sedem dauid patris eius. et regna-
 bit in domo iacob in eternū. et regni eius
 non erit finis. Et ipse a patre suo dataz
 sibi potestatem in celo et in terra statetur.
 Hoc inquam illud nomen summe effica-
 tie est. quod ab eterno fuit christo prede-
 stinatum. et antequam in vtero virginis con-
 ciperetur. a gabriele dicente. Et vocabis no-
 men eius Iesum. fuit mirabiliter ac reue-
 renter expressum. Iesus ergo illud ē al-
 tissimū et ineffabilis virtutis nomē. quod
 vt dicimus duarum syllabarum. et quin-
 que litterarum est. per i imensus. per e. eter-
 nus. per p. super u. vniuersum. per v. v-
 ltimū s. sedens interpretat. quid ergo est

Iesus nisi imensus et eternus. quo ad
 deitatem. super vniuersū sedens quo ad
 iudiciū et dominū. sibi a patre collocatū.
 sedens dicitur. quia iudicantis et saluantis
 hoc est eternam requiem datus est sedere
 At enim ipse constitutus est iudex viuorum
 et mortuorum. ipse et saluator est mundi. De
 his duabus Augustinus inquit. Et quis
 est qui dicitur saluator. vt nomē eius vo-
 ciferem. Ipse est Iesus christus. Et rur-
 sus. quid est Iesus nisi saluator. ergo in-
 quit. propter temetipsū esto mihi Iesus
 de altero ait. Ipse idem est iudex meus.
 intra cuius manus tremo. Hoc igitur no-
 men fratres inuocate. hoc semp sit in ore
 vestro. hoc in omni initio operis vestri. di-
 cete Apostolo. quicquid facitis. in nomi-
 ne domini vestri Iesu christi facite. Cuius
 suggerit dyabolus inuocate Iesum. cuius
 subrepti temptatio exclamate Iesus. cuius
 aliquid fuerit aduersi amplectamini Ie-
 sum quā ipse redemptor. ipse defensor. pro-
 tector. saluator. et glorificator noster ē.
 Alterum custodiende pudicitie efficacissi-
 mū remediū est. sanctissime crucis signa-
 culum. de qua ostensue ita efficaciam tes-
 tificatur ecclesia. Ecce crucē domini fu-
 gite partes aduersę. Et rursus precat. vt
 per signū crucis de inimicis nostris libe-
 ret nos deus noster. Hos autem dyabo-
 los et omnē malam concupiscentiam pro
 nostris habemus inimicis: quos omnes
 facile repellimus. si nos crucis signaculo
 deuote premunimur. Intuentes igitur sa-
 lutiferam crucem christi omne calūnian-
 tium superborum virtus expellimus. Eam
 amplexantes omnes temptationes abijci-
 mus. Ipsam adorantes in omni virtute rebo-
 ramur. Ea signati cuncta fugam aduer-
 sa. ipsa amati intrepidi ad bella congre-
 dimur. In eius figura omnis religio chri-
 stiana depingit. in eius caractere tota vir-
 tutum spiritualium perfectio designat. nam
 in his tribus virtutibus fide. videlicet spe. si-
 mul et caritate omnis lex diuina consistat. atque
 ex his omnium virtutum multitudo procedat.
 In illa crucis parte. que terre figit. ceu alte-
 diuus patris noster Augustinus interpretatus est. fi-
 des que christiane religionis fundamentum
 figurat huic. s. fundamentum tota fabrica bo-
 ne operationis innitit. et vt stare possit om-
 nium virtutum spiritualium machina sustentatur.

Unde Apostolus discipulis ait. Nam si de stans. Per supremū hō cornu. quod ceteri eminet spes intelligitur qua noster animus ad capessenda celestia prouocatur. Illo hō signo. quod in medio positū binis. vtriq; porrigitur brachijs latitudo signatur gemine caritatis. Hoc eodē vnice crucis signo quatuor principalium virtutum numerus indubitanter exprimitur ex quibus vtriq; tāq; seminibus omnium virtutum segetes germinantur. iusticia. s. fortitudo. prudentia. atq; temperantia. p. supremū nāq; cornu. quod celum spectat iusticia figuratur. sicut ex ipsius redemptoris sermone colligitur. qui cum premiisset q; spiritus sanctus arguet mundum de peccato. et de iusticia et de iudicio paulo post intulit. de iusticia hō q; ad patres vado. et iam non videbitis me. Et vir sapiens ait. iusticia eleuat mentem. nec diuiniū qm ad celum. Inferior autem pars crucis. que superiorē sustinet molem. fortitudinem significat. que graua. quelibet et aduersa equanimiter tolerat. Dextrum hō crucis brachium prudentiā exprimit. q; videlicet iniecta maligni spiritus iacula tanq; dextre manus obiectione propellimus. eūq; feruidi spiritus telo per fossū diuino muniti presidio fortiter prosternētes victorie manubias reportamus. Per sinistrum quoq; cornu temperantia non imento designatur. in sinistra enim manus minor virtus est q; in dextra. per temperantiam ergo virtutis nos ire quodāmodo robur attingim⁹ dū temperanter modestaq; viuimus. dum sepe rigorem censurāq; iusticie. quadam magre discretio- nis manu retiem⁹. Quid plura. Crux innumerabilium bonorum nobis extitit causa. Nam crux de erroribus liberauit. Crux sedētes in tenebris liberauit. Crux nos dyabolo expugnato reconciliauit deo Crux ex alienatis restituit in domesticos de longinquis proximos fecit. de peregrinis reddidit ciues. Crux est inimicitarū interemptio. pacis firmamentum. et omnium nobis bonorum thesaurus. propter eam iam non erramus in solitudinibus. per eam viam veritatis agnouimus. nec iam extra regnum positi sumus. Ianuam enim regnā intrauim⁹ propter eam. ignitas dyaboli sagittas. nō timemus. quoe

niam fontem vite quo extinguerentur in ea inuenimus. propter hanc amplius nō formidamus tyrannum. q; regi adheremus. propter hanc in viduitate nō sum⁹. qm sponsum per eam recipimus. non iā expauescim⁹ lupum. q; bonum pastorem inuenimus. propter hanc diem festum agimus. qm paradysum pluribus quinq; milibus annis clausum in cruce christus pēdens appuit. In eāq; latronem intro- duxit. tunc reddidit nobis patriam principalem. tunc reduxit nos in ciuitate paternam. et cōmuni hominum nature dōmū redonauit eternā. Crux igitur cubiculo redēptoris. fuit scala celi. per quā christus hominem lapsum leuauit ad patre. Crux clauis paradisi. Crux terror inferni. pulsio demonum. cathena luciferi. Crux est illud lignū secus decursus aquarum plantatum. qd in tempore suo. hoc ē singulis dieb⁹. in his qui baptizant deo dulcissimos exhibet fructus. Crux Petri gaudiū. Andree salus. Pauli gloria. Helene deuotio. Costantini victoria. Eradij triumph⁹. Chustoferi euasio. Augustini confessio. Francisci feruor. Nicolai tolerantinatis amplexus. Et omnium christianorum deniq; spes inconcussa. Crux illud est admirabile verillum. quod e celo fulgentissimū pdibit. cui vniuersum dñs ad iudicandū venerit. Orbē hinc sancte crucis. laudator maxim⁹ Aug⁹. ad eā et q; nomē ita deuote exclamat. O nomē crucis occultū misterium. O grā ineffabilis In nomine enim crucis pax. O crux q; deo hoīem iunxisti. et a dño dyaboli captiuitatis magnifice segregasti. O crux q; humano generi passionē saluatoris mūdi et redēptionē ciuitatis humane. vera comitantē fide. semp representas incolumē. O crux que q̄tidie laudes immaculati agni fidelibus diuidis. popul⁹. et dira serpētis venena. poclo salutarī d'pellis. atq; rupheā paradisi ignitā credentib⁹ sine infamisside restinguis. O crux que paces q̄tidie terrenis cū celestib⁹ oparis. et mediatoris mortem. q; de mortuis resurrexit. et iā nō mortē eterno p̄i. ecclesia p filijs agere sedulo repas. et legatioē felicissima renouas et reformas. grāde et pfundū misterium crucis et ineffabile atq; inseparabile vinculum caritatis. per eadē ad se traxit oīa de⁹. xp̄o dicē

te. cū exaltat⁹ fuero oia trahā ad meipm .

Hoc est enī lignū vite. in q̄ destructū ē mortis iperū . Hoc ē lignū in ea virga p̄ uisū . p̄ quā Moyses mare rubz diuidēs . Pharaonē p̄strauit . p̄ quā dei populum de seruitute educēs egypti. triūphali pal ma redemit . p̄ quā terrā ymbrib⁹ iunda uit . celū tenebr⁹ obduxit . magoz leuaute diacōes . sup quā vt Amalech gēs barba ra vincere^t . Moyses expansis manib⁹ ex tendit . q̄ si tanti fuit figura ei⁹ nō in merito de ipso dicim⁹ . q̄ celi sustineat machinā . terre fūdāmēta corroboret . oēs hoīes sal uet . maxime in quib⁹ sunt in frōte fixa tro phea . z imortali cōpage eos suffiet . z ad eternā p̄ducet vitā . **H**ec q̄dē mirāda . z dicta excelsa vidēt . Sed si quō ex⁹ sint p̄secrati p̄siderem⁹ . nulla admiratōe du cemur . Nūquid de⁹ z hō in cruce pepen dit . Nunquid oia dei fili⁹ misteria in cruce p̄sumauit . Nunquid corp⁹ ei⁹ sanctissimū in ea . vt nobis vitā daret . vitā finire volu it . Nunquid ei⁹ sanguis ad eo extitit p̄cto⁹ sus . vt vna ipsius gutta totus potuisset mundus redimi . z nihilomin⁹ vt sue sup abundantiā demonstraret caritatis . illū to tum per crucem voluit esse diffusum . Nū quid humilitatis . obedientie . iusticie . con stantie . patētie mansuetudinis . amicitie z omnis virtutis in ea fuit demonstrata perfectio . Quare si humilium iustio . sup boz delectio . victoria christi . diaboli p̄ti tio . infernoz destructio . celestium p̄firma tio . mors infidelū . vitā iustoz . xp̄ianozū spes . mortuz resurrectio . cecoz dux . puer soz via . claudoz baculus . pauperz solatio . confusio diuitū . trophēū mūdi . lignū vite . paradisi arbor . equitatis vcrillū . pa uor inferni . celestis glorie splendor . z q̄c⁹ q̄d aliud dicat⁹ . mior q̄ mereat a nobis impendit laus . minor exprimet virt⁹ . mioroz insinuat efficientia . z b eā rē p̄ chri stiani ipetranda aginis salute has ad eaz ecclesie preces effudit . **O** crux splēdidior cūctis aſtris mūdi celebris . hoībus mul tū amabilis . sanctior vniūsis . q̄ sola fuisse digna portare talentū mūdi . dulce lignū dulces clauos . dulcia ferēs p̄ dera . salua p̄ntē cateruā in tuis hodie laudib⁹ z gre gatā . Inuadit igit⁹ te dyabol⁹ . recurrere ad crucē . rebella^t caro . p̄fuge eā x̄tute cru cis . ties ne amittas pudicitia sine infimis

siōe te ligno munias crucē . Tertū p̄fer uade pudicitie . iuuamē ē lectoz angeloz custodia . **N**empe a sue creationis exor⁹ dio vniciqz rationali menti deputatus est angelus . qui eam a demonuz tuca tur insidijs . z bonas actiones . eazqz ei sua⁹ deat perseuerantiam . primam huius sen tentie clausulam satis in excelso volumi ne de ciuitate dei Augustin⁹ explanar di cens . tantus angelorum numerus ade rit . quantus hominum erit . vt z vitam su am quisqz ab angelo sibi adhibito audiat recitari . **P**erinde z beatus Hierony⁹ mus inquit . Magna dignitas animarū vt vnaqueqz habeat ab ortu natiuitatis in custodia sui angelum deputatuz . **G**regorius quoqz vnum quēqz . vnum bonum angelum sibi ad custodiam deputatum . z vnum maluz ad exercitium habere dicit quod ab ipsa didicerunt veritate . que in euangelio a pusillorum scandalo nos p̄hibens Ita loquitur . angeli eorum sem per vident faciem patris . angelos vtiqz eorum dicit esse . quibus sunt ad custodi am deputati . **E**t Isidorus in libro de sū mo bono ait . Singule gētes prepositos habere angelos creduntur . et omnes hō mines angelos habere probātur ita vni⁹ cuiqz nationi vn⁹ presideat principatū . hominibus autez singulis singuli sint an geli adhibiti recta fides testet⁹ . **H**inc Da nielis decimo de Breccorum p̄sarum . **A**bedorumqz principib⁹ manifesta fit de scriptio vbi sua in visione refert . regē p̄sarum principem . vno et viginti diebus angelo populo dei pugnāti resistisse . **A**h hac sententia magni illi philosophi . So crates z Plato . ceu Apuleyus in eo libro quem appellauit de deo . Socratis memi nit . minime discreparūt . **S**ed cum in finite sit potestatis v⁹ . us . possitqz sine an gelorum ministerio solo suo imperio hō mines custodire . quidnam angelice depu tationis cause sit perscrutemur **A**d quod sane dicim⁹ summum prepotentemqz de um . neqz ex roboris debilitate . ne imbe cillitatis causa id effecisse . cuius maiesta tem nullam proculdubio preterit poten tiam . posset enim si vellet . cum summa vo luntas . summa sapia . summaqz p̄tās . nō hēat . nec hēre queat . quib⁹ impedia^t . p̄ se ipm̄ facere vniuersa . posset vtiqz sine sole

illuminare orbem. sine igne calefacere. sine
aqua ifrigidare. humectare sine aere. col-
ligendas segetes sine sementis dare. et ali-
os quoscūq; effectus producere sine alijs
secundis agentibus posset. sed ut res ipse
otiose non essent neq; proprijs destituerē-
tur actiōib; neq; superuacue essent suis
finib; priuate. eas velut concausas. et ad
agendum media fore instituit ut inferiora
p superiora reducerent. Nam hec eius
diuinitatis lex. hic sue legis ordo. ut sa-
cer Dionysius inqt. Et secunda p pma.
inferiora p superiora. corporalia p spūalia
reducant et gubernent. In eo igit statu
pstituit hoīem. ut p angelos in eius redu-
ceret tribunal. vbi de omib; suis actioni-
bus siue bonis siue malis pdignum red-
dant testimonium. Ita q; pro bonis de-
fensores. pro malis aut equissimi erūt ac-
cusatores. Itaq; hui; deputatiōis cau-
sas iuxta nostri ingenij exiguitatem pau-
cis in vnuz colligentes asseruim;. ob ei;
p muticandam bonitatē. ob eius ostendē-
dam sapientiā. ob eius erga nos manifes-
tandam dilectionem. ob ipsius vnuerſi-
pnerionem. q; omnes ad diuinam redigun-
tur p̄ouidentiam. p quam ip̄e altissimus
ab ipsa sua eternitate sic disponens vn-
uersum gubernare. hunc ordinē instituit
b Accedunt etiam his nostre maxime in-
digentie. Nam cum aduersarij diaboli. nūc
intellectum obnubilare. nunc voluntatē
puertere. nunc sensualitatem. q; natura q;
dam prona est ad malum p̄cipitare. nūc
etiam in omib; vjs nostris personas no-
stras pdere gestiant sanctor; angeloz ob
inexplicabilem erga nos caritatem suam
ad nos ab his demonum violentijs tuen-
dos defendēdosq; altissimi deputauit cle-
mentia. Sed qd ad tuendum iuuanduz
consolandum monendum curandumue
nos sunt instituti. clare in soliloquijs ex-
plicauit Augustin; cum dixit. Diligunt
nempe angeli ciues suos. p quos sue rui-
ne scissuras instaurari expectant. ideoq;
magna cura et vigilantia studio assunt no-
bis omnibus horis. et locis succurrentes
et prudentes necessitatibus nostris. et sol-
licite discurrentes inter nos. et te domine
gemitus nostros et suspiria nostra referē-
tes ad te. ut impetrent nobis facilem tue
benignitatis propiciationem. et referant

ad nos tue gratie desiderata; benedictio-
nem Ambulant nobiscum in omnib; vjs
nostris. intrant et exeunt nobiscum atten-
te considerantes. q; pie q; honeste in me-
dio prauae nationis conuersemur. quanto
studio quantoq; desiderio queramus re-
gnum tuum. et iusticiam eius. quantoq;
timore et tremore seruiamus tibi. et exulte-
mus in leticia cordis nostri. adiuuant la-
borantes. protegunt quiescentes. hortan-
tur pugnantes. coronant vincentes. con-
gaudent gaudentibus. compatiuntur pa-
tientibus. pro te in quā patientibus. grā-
dis est eis cura de nobis. et magnus effe-
ctus dilectionis eoz; erga nos. et hoc to-
tum propter honorem tue inestimabilis
caritatis qua dilexisti nos. Diligunt enim
quos tu diligis. custodiunt quos custo-
dis. odiunt quos odis. et deserunt quos
tu deseris. et in super ait. facis angelos tu-
os spiritus propter me. quibus mandasti
ut custodiant me in omnib; vjs meis. ne
forte offendam ad lapidem pedem meū.
Adi sunt custodes super muros tuos no-
ue hierusalem. et montes in circuitu eius
vigilantes vigilijs noctis super gregem
suum. nequādo rapiat ut leo animas no-
stras. dum non est qui eripiat. Ille autē
est antiquus aduersarius noster. qui qua-
si leo semper circueus querens quem de-
uoret. hi autem sunt ciues beate ciuitatis
hierusalem superne que sursum est mater
nostra. et in ministerium missi sūt propter
eos qui hereditatem capiūt salutē. ut eos
liberent ab inimicis suis. et custodiant in
omnibus vjs suis. p̄fortent quoq; et mo-
neant. et orationes filiorum tuorum offe-
rant in conspectu glorie maiestatis tue.
quibus de rebus non solum timere eos
offendere. sed totis viribus niti debemus
eorum beniuolentiam et amicitiam adipi-
sci. acquirimus autem eam per bone vo-
luntatis similitudinem. cum illis enī su-
mus. et cum illis viuimus. quando deuz
quem colūt colimus. Etiam si eos cor-
poralibus oculis videre non possum;. in
quantū autem dissimilitudine voluntatē
et fragilitate infirmitatē miser sum;. intm
ab eis longe sum;. vite merito nō corpo-
ris loco. Nam enī q; in terra cōditiōe car-
nis habitam;. sed si imundicia cordis ter-
rena sapimus ab eis. et idem inquit Au-

gustinus. disingimur. cu; vero sanamur
 vt quales ipi sunt sumus. fide illis iterum
 propinquamus. si ab illo nos fieri bea-
 tos. a quo r ipsi facti sunt. etiam ipsis fa-
 uentibus credimus. Nec tm̄ singuli a
 singulis defendimur angelis. sed etiam
 omnes a militia uiuamur celesti. ceu Isi-
 dorus abbas. etiam corporeis oculis. ab
 bati Moyse aperte monstrauit. qui cum
 tantū carnis veraretur. aculeis. vt suo etiā
 in sacello residere minime auderet. nix ti-
 mens imodum ab immūdicie spiritu su-
 perari. diuum Isidorū adiuit. e; suarū im-
 pugnationum referens violentiam. qui
 post multas sacre scripture documenta.
 post inuictissimoz patruz et empla. ad sui
 habitaculi cacumen euz assumpsit vbi cū
 occidentem versus suos conijcere oculos
 iussisset. prosperit magnā demonū mul-
 titudinem ad pugnas festinantū. Sub
 inde eum ad orientem inspiceret manda-
 uit. ad quem videndum eū oculos cōpo-
 neret. aspexit innumerabiles sanctorū an-
 gelorum contiones. r gloriosā atq; fulgē-
 tia celestium virtutum agmina. Tunc bea-
 tus Isidorus ad abbatē Moysen inquit
 Quos in occidente vidisti. ipsi sunt. qui
 hoies etiam sanctos impugnant. Quos
 autem conspexisti in oriente. hi sunt qui in
 sanctorum suoz protectionem a superce-
 lesti imperatori sunt destinati. qui cū plu-
 res prestāiores ac potentiores sint. time-
 re nullatenus debemus in omni genere
 certaminis dyabolo inuadere. Nem-
 nem certe vincunt. nisi vel de dei diffidē-
 tes auxilio. vel in fedissimas meri volu-
 ptates vinci ipsi volunt. quibus abbas
 Moyses auditis pugnandi vires. resu-
 mens propulz repetit habitaculū. iuges
 gratias deo agens imortali. Eliseus q;
 q; innocenti puero ostendit. plures bea-
 tos angelos habuisse ad se defendēdū. q;
 aduersarij malos haberet ad nocendum.
 Et quē admodum dei hoimq; aduersarij
 nil pretermittunt. vt nobis nocent. sic r
 beate celestes mentes nō vno solum. vez
 etiam multis multiplicibusq; modis pre-
 sto suut. vt nobis profint r iuuent. Nāq;
 vt fides in nobis roborē futuros pan-
 dunt euent. sic maxio illi p̄iarche. Abra-
 he multa p̄dicere misteria. Adanuel cōiu-
 gi Sāpionis p̄ceptionem. r vniuerse ei;

vite gesta reuelat. Helye vt p̄co eēt mor-
 tis Dze. Danieli. Ezechieli. Esaię. ceterz
 q; p̄phis. excellentissimo euāgeliste Johi
 r alijs innumerts diuina referarūt arca-
 na. Bonos r innocētes a malis r cūctis
 iminentib; periculis liberēt. test; ē Loth
 quē ab incendio Sodome liberarūt. Le-
 stis ē Thobias. quē Raphael a pisci de-
 uoratiōe exemit. ab eius vxore demonuz
 pepulit. r pio restituit visum parēti. Le-
 stes s̄t Ydrac. Misac r Abdenago. q; ex
 ardentissimis flāmis laudātes r b̄ndicētes
 deū illesos irrupuerūt. Petri fulgente in
 carcere luce angelus dñi cathenas diru-
 pit. Sunt itē directores regulatoresq;
 nri in acquirēdis meritis. p̄hibēdisq; pec-
 catis. ob eā rem Abrahę p̄terterā angel;
 in mōte tenuit. ne vnigenitū Ysac macla-
 ret. Balaā in asina sedēti inhibuit ne dei
 p̄pto maledictionē iserret. Joseph iugē
 suā clā dimittere cogitātē redarguit illi;
 sc̄tē h̄gitatis eū certitudinē atq; rōem do-
 cens. Sunt nostraz mentū illuminā-
 tores atq; doctores veracissimi. In cui;
 typo Jacob scalā vidit. cui; sūmitas ce-
 los tangebāt. Et angelos dñi ascenden-
 tes. descendētesq; per eā. Sed qd per il-
 lū ascensum in celū. nisi vt tam p̄templati-
 uā. p̄ quā ad dñm subleuamur docere vo-
 luerūt. quid p̄ descensū. nisi vitā actua; .
 q̄ quidem descēdīm; humiliātes nos ad
stores agimus. qui et mercedem consequimur. et tamen operari nequaquam sumus. fructus quippe sancte ecclesie in stipendio quotidiano percipimus. sed tamen pro eterna ecclesia minime in predicatione laboramus pensamus. cuius damnationis sit. hic sine labore. percipere mercedem laboris. non ita debet aliquis hominum ducatum suscipere. qui nescit homines benecumendo perire qui ad hoc eligitur. ut aliorum culpas corrigat. quid resecare debuit ipse committat. neque quod in se prius discutit. si loca vitia congruat. si ab homine actio non dissentiat. si pro munere et innocente vita persistet. si vigilanter preceps regit et gubernat. non solum a subditis digne. venerari sed deum sublimem videre meretur. Et dum ipse super gratiam vigilat. divina super eum gratia largius choruscet. Subditi vero prelatos suos honorare debent. tum quia christi vices in monasterio gerunt. unde et ipse dominus pastoribus ait Qui vos audit me audit. et qui vos spernit me spernit. Tunc ut maledictionem evitent. Nam maledictus est sicut in deuteronomio scribitur. Qui non honorat patrem. hinc chanaa et nati eius. et nati natorum eternam incurserunt maledictionem. quoniam pro patris sui pudenda videns risit. et cum magis ac magis despicit duobus fratribus suam nuditatem iure regendam foras nunciauit. Et enim in superioribus presidentem in monasterio a nobis tanquam patrem haberi et ei obediri iussit. prelatorum item maledictio. etiam si mali sint timenda est. Namque maledictus utique erat. quem balaam maledicebat. Tum ut suas evitent confusiones. Namque apud ecclesiasticum scriptum est. Dedecus filii. pater sine honore. Tunc ut divine obediant scripture. Scriptum est enim in libro ecclesiastici. Sit in medio fratrum rector illorum in honore. tunc ut nature comites sint. Entia enim ab ipso omnium rerum opifice iuxta naturarum proprietates sic disposita sunt. ut in omni rerum genere unum primum sit. quod metrum et mensura sit ceterorum. que in eo continentur. et ad illud referantur. ferantque ei vel naturali instinctu. vel a superiorum mota intelligentia. vel a ratione concertata. Hoc pacto Alpes regem fouent. comitantur. et ei tanquam eorum imperatori atque

8

o 2

Dū dū domicilium fabricant. victum mini-
strant. et a quibuscumque tuetur et defendunt
in cursibus. Eo pacto deū tanquam vniuersi
si principem vniuersa mundi entia hono-
rant. magnificant. extollunt. et suo modo
laudant et benedicunt. iuxta cytharedi do-
ctrinam quae omne creature genus ad deum
laudandum benedicendumque arcessit. quod
si etiam minus boni prelati fuerint. a sub-
ditis nihilominus honorari et eorum iussa
adimpleri debent. iuxta preceptum saluato-
ris in euangelio dicentis. super cathedram
moysi sedebat scribe et pharisei. quaecumque
dixerint vobis facite. finem autem opera eor-
um nolite facere. sed si boni sint et ratio-
ne potestatis et ratione virtutis honoran-
di sunt et timendi. acerrimus enim ultor est
deus. vicarios nuncios et seruos suos de-
spicientium. inde pueros helisei despicien-
tes demones in visorū forma apparētes
deuorauerunt. at vero prelati etiam quanto
plus honorantur exterius. tanto ipsi hu-
miliores debent esse interius. Tanto in-
super magis deum timeant. seipso despi-
ciant. et eos a quibus honor impenditur
sibi in cogitatione preponant. perinde pro-
ceptor noster terciam ponens conditio-
nem adiecit.

Textus.

Augustinus.

Timore coram deo substratus sit
pedibus vestris.

Commentū.

Ambrosius

Et si omnes mortalem deum time-
re debeamus. quoniam sicut scri-
ptum est. beati omnes qui timeant
dominum. prelati tamen multo magis ei
timere debent maiestatem. Tum quoniam
ipsi de subditorum animabus reddituri sunt
rationem. Unde ad Hebræos apostolus
Paulus scribens ait. Obedite prepositis
vestris. et subiaceate eis. Ipsi enim vigilat
quasi rationes pro animabus vestris red-
dituri. At enim cum rationalis anima tan-
ti sit. tantumque deo chara ut pro ipsa re-
dimenda. suam vitam Christus posuerit.
facillimeque labatur. inrum inmodum eius
pastor timere debet. ne eius pereat negli-
gentia. et eius obligatus fiat perditioni.

quod Augustinus pertimescens gemens
dicebat. Quid faciam cum a me erigetur
ratio tot animarum que pendunt ad colo-
rum meum. Tum quoniam prelati ad sub-
ditos se habent. quoadmodum ad suos ex-
ercitus imperatores. quibus de iudicis ca-
stra expugnentur oportet. hinc in macha-
beis scribitur. quod cum caderet Judas cete-
ri fugerunt. Et in calce primi regum aper-
te notatur. quod cum totum prelij pondus co-
tra philisteos in Saul fuisset conuersus.
ipso interempto omnis pene exercitus pe-
tijt. Tum quoniam in die nouissimo an-
te inflexibilis iudicis tribunal querele. al-
legationes clamoresque subditorum eos.
eorumque negligentiae. iniustitiae. rapinas
passiones. et flans sententias accusantes
astabunt. Quamquam patientissimus iob
has metuebat querimonias cum diceret
Aduersum me terra hoc egens mihi sub-
secta clamat. Quod diuus Hieronimus affi-
ciebatur terrore. cum de se subditisque red-
dendas rationes cogitando dicebat quo-
tiens diem illum considero. toto corpore con-
termisco. siue enim comedo siue bibo si-
ue quid aliud facio semper auribus meis
vox illa terribilis videtur insonare. Sur-
gite mortui venite ad iudicium. Quam-
to parens noster exinanitabatur pauore. ma-
desiebat luctu. cruciabatur cogitatu. cum
diceret. heu quid illa die faciemus. quan-
do etiam de omni nostra cogitatio sumus
reddituri rationem. et coram illo iudice. qui
nec gratia preuenit. nec misericordia ius
flectit. nec pecunia corrumpit. nec satisfac-
tione vel penitentia mitigabit. et in dāna-
tos acerbissimam irremediabilemque illam senten-
tiam infert. Ite maledicti in ignem eternum
Tum quoniam ut idem patres noster posterius
dicet prelatus quāto in loco superiore tā-
to in maiore periculo versetur. Et quanto
splendore honoris atque celsior est. tāto si de-
linquit. ut inquit Isidorus peccator maior est.
Propterea Bernardus ait. quod facile est in al-
to se intuentem obstupescere. cadit enim
grauis iuxta antiquum sermonem qui ait. Quā-
to stat altior. tāto casus grauior. Sa-
ne igitur sanctus Ambrosius in suo pastoralis
de episcopis inquit. Sicut leuis est de plano cor-
ruere. sic grauis est. qui de sublimi cecide-
rit dignitate. quia ruina que de alto fit grauior
et casus collidit. Honor quidem episcopalis coram

homibus p̄clarus est. s; si ruinā sustineat dolor magn⁹ est. Nā quātope ceteris gradus ep̄alis altior est. tāto si p̄ negligētiā dilabitur ruina grauior est. nō em̄ est tantū gaudij excelsa tenere. quāti meroris est de excelsis conuere. Nec constat tantam gloriā seq̄ post victoriā. quantā ignominia post ruinā. Tū quoniā tūc recte time re deū maxime debem⁹. qm̄ ipm̄ cōtra nos iratū esse cognoscim⁹. At vero huius ire signū est p̄lationis collatio teste nostro parēte qui ait. In nullo magis sentio mihi deū iratū. qm̄ cū essem indignus poni ad remū. positus sum ad gubernaculum. Tū quoniā q̄ ad plura obligatus est. magis timere debet. iuxta saluatoris sententiā in euāgelio dicētis. Omnium autē: cui multum datū est. multū queret ab eo. Et cui cōmendauerūt multum pl⁹ exigēt ab eo. etenim ad multa plura p̄sidentes q̄ subditi tenent. Oportet em̄ eos exēplar esse omnis bene institute et obseruande vite. Hinc ap̄ls Paul⁹ in epla ad Thimoteū ep̄i vitā describēs sane inq̄t. Oportet enī ep̄m̄ irrephensibile esse vni⁹ vxoris. Virum ornatū. pudicū. hospitale. doctorem nō violentū. nō percussorē. s; modestum. nō litigiosum. nō cupidū. sue domui bñ p̄positū. filios habentē subditos cū omni castitate. Si q̄s autē domui sue p̄esse nescit. quomodo ecclesie dei diligentia habebit. Nō neophitū. ne in supbia elatus in iudiciū incidat dyaboli. Oportet autē et illū testimoniū habere bonū ab his q̄ foris sunt. vt nō in obprobriū incidat. et in laq̄um dyaboli. Chulostom⁹ quoq; ait. Sit ep̄s temperās. et nō supbus. sit reuerend⁹. Sit negocijs oportun⁹. regentisq; autoritate dignus et plenus sit. Sit etiā secretus. sit mitis et humilis. sit liber et vehemēs. Sit etiā mansuet⁹ et constās. vt eū quem dignū esse viderit cū multa p̄tate asciscat etiā si vniuersi obstiterint. Indignū etiā si multoz suffragia eū p̄sequant cū eadē autoritate respuat. nil aliud respiciēs n̄r si edificatōez eccle. nunq; faciat odio v̄ fauore. Nec quidē et si d̄ ep̄is asserta sint. omnibus tū iuxta suā p̄sidentia expedit. vt quā de derūt subditis in se gerāt formā viuendi. quoniā nō potest exercitiū continere impator. Sicut a marco tullio p̄clare dictū est. qui seipm̄ nō p̄tinet. bene igitur

et cōgrue de om̄i p̄sidente Gregori⁹ pontifex maximus in pastoralib⁹ loquēs ait. necesse est vt rector sit cogitatōe mundus actione p̄cipuus. Silētio discret⁹. in verbo vtilis. Singulis cōpassione p̄rimus. p̄ cunctis et templatōe suspēsus. bene agētib⁹. p̄ humilitatē soci⁹. Cōtra delinquentiū vicia. p̄ zelū iusticie erectus. interiorū curā exteriorum occupatōe nō minuens. exteriorum p̄uidētia interiorū sollicitudinē nō relinquēs. cū igit ad tot tantaq; seruāda obligati sint p̄lati. longe magis q̄ subditi timere deum debēt. Id Ambrōsius Gregori⁹ Nazaren⁹. et alij q̄ plures viri sanctissimi. sicut in eoz gestis legit̄ meditatēs. cum ad eoz assumi dignitatē debuissent sollicitudinē petierunt. Id excogitans parēs noster Augustinus cum ad p̄sulatum assumeret plorauit. Adare⁹ quoq; euangelista. ne sacerdotio fungeret pollicez sibi gratia humilitatis abscidit. et iure quidē. quoniā ex septē ep̄iscopis asie q̄ p̄pter eoz sanctitates angeli vocati sunt. aliquos de⁹ obiurgatus est. qm̄ in aliquib⁹ q̄q; minimis et paucis deliquerant. q̄ magno igit timore affici debent. Qui lōge a sup̄ celestium mentium distāt p̄fectōe. Tum veniq; qm̄ de eisdez excessib⁹ intēsiōres luēt penas. Itaq; nō solū ad plura obligati. plura recipiēt tormenta. s; etiā maiora. Eas igit ob causas bene ac merito p̄ceptor noster inquit. Timore corā deo p̄latus vester substrat⁹ sit pedibus vestris. Et si apte diceret. licet a vobis honorādus sit ip̄e p̄pter periculosiorē statum. in q̄ manet. timore corā deo affect⁹. p̄ mētis humilitatē vestris sit pedibus substrat⁹. ita v; si sup̄ior sit honore inferiorē se existimet timore. Hinc scriptū est. Quāto maior es humilia te in oibus. Et itez. ducē te cōstituerunt. noli extolli. Et dñs in euāgelio. Dis q̄ se exaltat humiliabit. et q̄ se humiliat exaltabit. Tāto quippe maior est q̄sq; apud deū. q̄to humilior est apud semetipm̄.

Sequit̄ quarta p̄ditio.

Textus.

Augustinus.

Quia om̄es seipm̄ bonoz operuz prebeat exemplum.

Sicut se poliētes qualiter se linire
 z ornare debeāt in speculo intue
 tur. ita z subditi q̄liter viuere de
 beant in plato specularē. z sicut ab exem
 plo exēplata additionem suscipiunt. Et si
 illud corruptū vel emendatū sit. talia in
 de exemplata sunt oportet. Et si ars men
 tis bene institute sit. artificiatā bene p̄du
 cant. necesse est. Hinc quecūq; fecit deus
 sunt valde bona. hoc est in suo genere p̄
 fecta. Quoniā ars sua p̄fectissima z infal
 libilis est z quoniā vite platorū semp sub
 diti sunt inspectores. quo pacto. qua frō
 te plati subditos vt boni sint monere pos
 sunt. si ipi mali sunt. quonā modo. vt re
 cte incedāt. si ipsi oblique z tortuose p̄ten
 dunt. q̄liter vt mādata seruiunt. si ipi sunt
 trāsgressores mādatoy. ergo merito iube
 tur. vt circa omēs seipos bonoy opoz p̄
 beant exemplū. Etenim sicut alios ordi
 ne. ita z eos sanctitate p̄cedere debēt. qua
 tenus eius exēplo discāt subditi qualiter
 viuere debeāt. quoniā z vt poeta cecinit. a
 boue maioris discit arare minor. S; dili
 genter annotāda sunt singula verba. que
 in hac quarta plati cōditione ponunt. in
 qua iubet vt seipm alijs faciat exemplū.
 Primo em̄ dicit circa omnes. qm̄ non
 vni viā bonā. alteri malā. s; omnibus re
 ctam ostendere debet. Rursus in hac ge
 neralitate z deū z angelos. z cuiuscunq;
 generis homines includere debem. qm̄
 corā his om̄ibus bonus z esse et appare
 re platus debet. Hinc ap̄ls paulus ad ro
 manos domiatores orbis scribebat. Mo
 lite malū p̄ malo reddere. s; sitis p̄uiden
 tes bona. nō solū corā deo. s; etiā coram
 om̄ibus hoīb. corā quidē deo. vt adeo
 plati rep̄mient. corā angelis sanctis. vt d̄
 ipis gaudiū suscipiāt. corā angelis ma
 lis. vt ab eis p̄fusi abeāt. corā bonis ho
 minibus. vt in bonis p̄firmenē operibus.
 corā autē malis. vt per eorum bonum exē
 plum corrigant et emendent. hanc gene
 ralitatem christus in euangelio manda
 uit cū iussit poni lucernā super candelā
 brum. vt luceat om̄ibus qui in domo sūt.
 per lucernam enīz nil aliud interpretamur
 nisi bonam et exemplarē vitam platorū.
 que super candelabz. hoc est in eminenti

statu posita om̄ibus scilicet bonis et ma
 lis. vtpote celestibus terrestribus et infer
 noruz mentibus. que in domo. s; dei sunt
 lucere debet. Hancq; totus mundus vna
 dei domus est. i cuius excelsiori aula. hoc
 est i empireo celo a tota beatorū spiritūū
 facie ad faciē videt̄ cohorte. hi principes.
 duces. proceres. milites. et ciues p̄stantis
 sumi summi imperatoris sunt. In media
 vero aula homines adhuc in imortali car
 ne viuētes deo famulant. denariū. hoc est
 decem mandatorum obseruantie futuraz
 eternamq; mercedem expectātes. In in
 fima tanq; in carcere trusi sunt demones
 diuina alligati potestate. z velut i stabu
 lo putredinis locati sunt homines dan
 nati. qui cū in hoc medio viuērent hemis
 sperio fieri voluerūt sicut equus z mulus
 in quibus nō est intellectus. pro quorum
 dignitate exprobranda scriptū est. homo
 cū in honore esset non intellexit. cōpara
 tus est iumentis insipientibus z similis
 factus est illis. quare merito in stabulo in
 fernali. vbi picis sulphuris. serpentinz. z
 omnium venenosorum animalium fetoz
 abundat locati sunt. Subinde ait seip
 sum. om̄is enim resp̄blica humani cor
 poris gerit similitudinem. quoniā sicut in
 illo multa sunt mēbra iuxta apostoli pau
 li sententiā non eundem actum habētia.
 vnum autem caput. a quo singula mem
 bra dependunt. ita z in resp̄blica vn̄ de
 bet esse rector. ad quē subditi omnes re
 spiciant. Quo sane in vtroq; fit. vt volen
 te capite cetera membra langueant. Ecō
 tra si sanum caput extiterit membra etiam
 sanitatem sapiant necesse est. Leu si fons
 dulcis est. z riuuloy aqua dulcis sit opoz
 tet. Semper enim principij virtus i prin
 cipiata diffundit. Quocirca recte parēs
 noster ait. vt prelatus seipsum bonorum
 operum prebeat exemplum. ac si diceret.
 vt alij boni sint. ipse in se bonus sit. vt be
 ne sua resp̄blica gubernet. ipse bene se
 ipsum gubernet. z alij bene operentur. ip
 se omnis bone actionis cardo sit z origo
 At vero nōnulli prelati sunt. qui sue rei
 publice bonum regimen satagunt vt eoz
 rum appareant subditis. volentes. instar
 scribarum z phariseorum vt illi iusti pu
 dici temperati z omni virtute fulgeant.
 cū tamen ipsi raptos voluptuosi z om̄i

P sint vicio labefacti. hi nimirum huic precepto non pareant. vt scilicet seipfos bonorum operum prebeant exemplū. Tercio addit bonorum. quoniam sunt nonnulli. qui dummodo sibi mala caueant. putant se sue satisfecisse administrationi contra saluatoris preceptum. qui in euangelio ait. Sint lumbi vestri precincti. et lucerne ardentes in manibus vestris. lumbos enim. vt diui Gregorij verbis vtatur precingimus. cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. quod pertinet ad declinationem a malo. sed quia minus est mala non agere. nisi etiam quisque studeat et bonis operibus insudare. protinus additur. et lucerne ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus. cum per bona opera proximis nostris exempla monstramus. Non ergo satis est. vt prelati se a malis abstineant. sed etiam opus est vt bona faciat. Quarto adiecit operum. quoniam sunt quidam qui bene de mandatorum loquuntur obseruantia. laudant quippe et extollunt obseruantes. et vt alij obseruent optimis verbis eos hortantur. ipsi autem obseruare negligunt. hos prelati non decet. quoniam ad istos dominus ait. luceat lux vestra coram hominibus. vt videant opera vestra bona. et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Duo autem sunt vt Gregorius exponit. que iubentur. et lumbos restringere et lucernas tenere. vt mundicia sit castitatis in corpore. et lumen veritatis in operatione. Non igitur satis sunt bona verba. vbi opus sunt facta. hinc in pastoribus ait. Sit rector in operatione precipuus. vt rectam viam subditis bene viuendo denunciet. Et rursus grex qui pastoris vocem moreque sequitur per exempla hoc est per opera exteriora melius quam per verba graditur. Et rursus probatio dilectionis. que scilicet in mandatorum summa obseruantia exhibitio est operis. Et Marcus tullius in libris officiorum ait. virtutis enim omnis laus in actione consistit. et diuus Benedictus in regula de abbatibus inquit. Omnia bona et sancta factis amplius quam verbis ostendat. Quinto adnectit prebeat exemplum. quoniam plerique sunt. qui a malo declinant. et bonum faciunt. sed ne eis a saluatore dicatur. Amē

amen dico vobis recepistis mercedem vestram. Et rursus ne reos se arbitrentur. quia contra preceptum fecerint. vbi dicitur. Et tunc dicit ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus. vt videamini ab eis. eorum bona opera alijs ostendere prius recusant. Quibus per Augustinum dicitur. quod qui recte intelligit vtrumque implet et seruet vniuersissimo domino. qui seruum pigrum non damnaret. si ea que fieri nullo modo poterat. impetraret. Nempe saluatoris extat intentio. vt per fugienda inanis gloria nemo sua bona opera affectet ab alijs sciri. et ab eo solum expectet mercedem. qui cum in mentis intuitu archano. sed vt alios bona facere doceat. iubet vt luceat lux sua coram hominibus. perinde apostolus ait. commendemus nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum in conspectu dei. tanquam si diceret. si commendamus nos apud homines. non ideo hoc facimus. vt mundanā et sideremus laudem. tunc proculdubio incassum laboraremus. sed vt in conspectu dei mereamur cuius maiestati alios nostro nitimur adipsius exemplo postremo ex his omnibus transigimus. vt non in vno opere bono tantum. sed sicut circa omnes. ita et in omnibus bonis operibus prelati seipsum prebere debeant exemplū. iuxta apostolum dicentes. placeat omnibus per omnia. sicut ego omnibus per omnia placeo. Et iterum Thimotheum mouens ait. Exemplum esto fidelium in verbo. in conuersatione. in charitate. in fide. castitate. dum venio attentione lectionis. exhortationis. et doctrine. Non negligere gratias que in te est que data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbiterij. hec meditare in his esto. vt profectus tuus manifestus sit omnibus. que si interiori perscrutemur. intelligemus profecto omne opus bonum quod ad prelatum pertinet seruandum iuberi. hec sanctissimus. Apostolus sicut seruanda docuit. ita exemplo saluatoris ipse opere compleuit. nam quis digne valeat eius quotidianam pro singulis prudentiam. et sollicitudinem omnium ecclesiarum explicare. Ipse enim erga omnes misericors. Erga omnes fraternam charitate affectus. Offendiculum quis patiebatur. Et ipse non infirmaretur. Offendebatur alius. et ipse vrebatur.

Paulus seruis et dominis, principibus et subiectis, uiris et mulieribus, liberis et in nuptis, continentibus et luxuriosis, sapientibus et insipientibus, circumfisioni et proputio ecclesie et seculo, spiritui et carni, et denique omni genti, nationi, et statui leges sunt ut et imposuit, pro alijs quidem letatur et gratias agit, Alios uero castigat et comperit, Alios uero gaudium et coronam nominat, Alios uero stulticiam uocat. **U**n alijs quidem bene currere currit, Alios uero male currentes refrenat et reuocat. **H**unc separat de ecclesia, **H**unc recipit et charitatem confirmat, **H**unc luget aliquos, **H**unc letificat ex alijs, **H**unc lacte potat, **H**unc misteria releuat, **H**unc se deicit et exequatur humilibus, **H**unc secum erigit humiles et exaltat, **H**unc proponit spiritum mansuetudinis, **H**unc superbis et arrogantibus applica auiditate uirga minatur, **H**unc erigit aduersus erectos, **H**unc efficaciter discipulis tanquam si nutrix foueat filios suos, **H**unc apostolorum omnium est in unum, **H**unc documentum suum pollicetur pro eis qui in se loquuntur deo, **H**unc resoluunt desiderat et esse cum christo, **H**unc permanere in carne propter eos qui indigent affectat, non enim querit quae sua sunt, sed quae filiorum, non comoda propria, sed quae ad salutem pertinent animarum, non gloriam suam, sed summam dei, non gloriam in oblectamentis huius mundi, sed in cruce domini nostri ihesu christi, cuius ipse pro et uas electionis factus est, ut deferret nomen eius ad omnes gentes, et ad omnia extrema terre. Ecce igitur quomodo gloriosus apostolus omnibus pro omnia placuit, nullis laboribus, nullis periculis, nullis denique suis incommodis parcens. **I**deo ad Thimotheos scribens ait, **I**n omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, **I**n multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in loganimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, **I**n uerbo ueritatis, in uirtute dei, pro arma iusticie a dextris et a sinistris, pro gloria et ignobilitate, pro infamia et bona fama ut seductores et ueritantes, sicut qui incogniti et cogniti quasi mortificati, **Q**uasi tristes, semper autem gaudentes sicut egentes multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes et omnia possidentes, et rursus

eadem in epistola inquit, **S**ustinetis enim si quis uos in seruitute redigit, **S**i quis deuorat si quis accipit, si quis extollit, si quis in facie uos cedit, **E**t ibidem suos enumerans labores ait, **M**inistri christi sunt, et ego, **E**t minus sapiens dico plus ego, **I**n laboribus plurimis, in carceribus abundanti, in plagis super modum, in moribus frequenter a iudeis quinquies quadragenas una minus accipi, **T**er uirgis cesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundum maris fui, in itineribus sepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore et erumina, in uigiliis multis, in fame et siti, in ieiuniis multis, in frigore et nuditate, propter illa quae extrinsecus sunt, **I**nstantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum, **L**umen ecclesie, **O** christianoium speculum, **D**e uangelij tubam, **U**as electionis et doctorem gentium **P**aulum in hoc fratres dilectissimi speculari debent, prelati, hunc sequi debent presidentes, hunc imitari debent pastores ad hoc discite, quomodo niam lux uestra coram deo et hominibus lucere possit et debeat hunc parens noster Augustinus in doctrina, in moribus, in solitudine, in sanctimonia, in regendis ecclesijs, in predicationibus, in conscientia operibus, et in omni bona et sancta actione imitatus, factus est, diuino inspirante afflatu firmamentum ecclesie, **L**ux doctorum, malum hereticorum, et summum uas omnium scientiarum.

Sequitur quinta conditio.

Textus.

Augustinus.

Auripiat inquietos.

Commentum.

Ambrosius

Magnus profecto et salutaris opus est delinquentes corripere et in sacris litteris sepius de mandatum. **E**nde saluator noster et animarum medicus diligentissimus, eius uicario Petro iubendo inquit, **S**i peccauerit in te frater tuus, uade et corripe

eum Et apostolus Paulus scribens ad
 Galathas ait. Fratres si preoccupatus fue-
 rit homo in aliquo delicto. Vos qui spiri-
 rituales estis hinc instruere in spiritu le-
 nitatis. Et scribens ad Thacedones quos
 thessalonicenses appellat ait. Rogamus
 vos fratres. corripite inquietos. quo ex
 loco parens noster hanc accepit aditorem
 quia tum ipse et alij sacre pagine doctores
 pluribus in locis magni facientes ampli-
 ficauerunt. Unde et diuus Gregorius in
 suo inquit registro. qui non corrigit reles-
 canda committit. Et facientis culpam habet.
 qui quod potest corrigere negligit emen-
 dare. et in claro dyalogorum volumine
 transigit. quod sicut non est ab oratione
 cessandum. ita non est negligenda corre-
 ctio. Et Augustinus in libro de verbis do-
 mini. si neglexeris corrigere peccatorem.
 Malo peccator factus es eo qui peccauit.
 Origenes autem ait. quod dum sacerdotel
 ecclesie vni parcunt vniuersae ecclesie mo-
 liuntur interitum. Ideo remediale bonum
 est in peccato vt a cassiodoro assertum est
 accelerata correctio. quonia neque aliquid
 tantum probat spiritualem virum. vt Au-
 gustinus asserit. sic peccati alieni tractatio.
 Hinc et beatus Petrus equo animo et be-
 magna pietate suscepit Paulum et laudauit
 quonia tanquam fidelis dispensator veritatis
 eum redarguit. Et notanter inquit corri-
 piat inquietos. inquieti enim illi sunt qui
 dediti vicijs vagantur. et in dei fluctuant
 seruitio. Et siquidem. vt non modo adire
 portum salutis nequeat. sed et prope nau-
 fragium expectent. quonia non in pericli-
 tabili Petri nauis. que fides est. neque ad
 portum Ancoram. que obseruantia man-
 datorum est. neque firme petre que christus
 est. se inheret. sed fluxibilia queritantes
 fundamentum firmum et stabile contem-
 nunt. Hinc satis in confessionibus Augu-
 stinus ait. Inquietum est cor meum do-
 nec requiescat in te Domine. sicut enim ille inqui-
 etus est corpe. qui doloribus et angustijs
 oppellus locum non inuenit quietis. Sic il-
 le inquietus est mente. qui stabili immobili-
 que bono non inuit. sed cor vagum et sup-
 mundi vanitates habet effusum. Hinc sto-
 icus et moralis seneca recte inquit. Egri-
 animi tactatio est. Sed hic tunc corripitur
 cum ei cor rapit. hoc est a mundi vanitatibus

p optima documenta abstrahit platorum. et
 ad sublimia. incorruptibilia. eternaque ve-
 biculo efferet charitatis. quod cum sublimi. et
 p qua meritorum sit officium. valde de illis
 prelatis dolendum est. qui vel negligentia
 vel voluptuoso amore. vel timore. vel ig-
 norantia. vel quavis alia illegittima cau-
 sa illud omittunt. Si tamen hoc efficaciter sa-
 lutis officium quandoque differunt. vt oportu-
 tunum commodumque obiurgandi tempus
 expectent non modo non peccant sed me-
 rentur. Perinde Isidorus in libro de sum-
 mo bono ait. Plerumque princeps iustus
 malorum errores dissimulare nouit. non quod
 iniquitati eorum consentiat. sed quod aptius
 tempus correctionis expectat. quando eo-
 rum vicia vel emendare valeat. vel puni-
 re. et parens noster gloriosissimus in pre-
 clarissimo de ciuitate dei volumine inquit
 Si propterea quisquis obiurgans et corri-
 piens male agentibus parcat. quod oportu-
 num tempus inquirat. Vel ipsis etiam eis-
 dem metuit ne deteriores ex hoc efficiantur
 vel ad bona et pia via etudicandos impedi-
 unt alios infirmos et premant atque auer-
 tant a fine non videtur esse cupiditatis occa-
 sio. sed consilium charitatis. Sed quid est
 quod de inquietis hominibus quasi de singu-
 laribus peccatoribus corripendis facit me-
 tionem. cum ait. corripite inquietos. Nonne
 superbi. elati. cupidi. voluptuosi et ceteri
 sunt peccatores corpiendi. Profecto. sed
 tamen hoc peccatorum genus. Idcirco potius
 nominat. quonia inquietudo dire-
 cte opponitur beatitudini. Namque beatitu-
 do statum includit. Unde Boetius eam esse
 statum omnium bonorum aggregationem p-
 fectam definiuit. Et pater noster illis nos-
 trum asseueravit. in quibus voluntas delecta-
 ta quiescit. Rursus inquietudo per ceteris
 vicijs status denigrat monachorum. Ad
 monachos enim pertinet solos sedulosque in
 celis comorari. et sua non modo. Vex etiam
 et primorum peccata deflere. At non inquieti
 et gyronagi sunt. qui curiositate eragita-
 ti secum persistere non possunt. sed modo in
 modo extra. modo in portis cum extraneis.
 modo in locutorio cum fratribus. modo in
 horro. modo in hospicio. modo in plateis
 modo in coquinis. modo in visitatione.
 muliercularum. modo vt causam vagandi ha-
 beant in infirmorum visitatione in exigendis

pecunijs. In sollicitandis litibus. In exco-
lendis possessionibus. et in alijs innume-
ris. que ipsos vagos reddunt. et ab oratio-
ne deuotione. et summi dei contemplatione
auertunt. se occupant. Nempe tales mu-
scis similes sunt. que ob earum inquietu-
dinem modo super unum hominem residet
modo super alium volitant. modo adire
oculos. modo os intrare. modo per nasum
etiā imperatorum discurrere. et singulos
importune molestare non desinunt. eo pacto
inquieti homines nunc illum scandalizan-
tis. nunc illum verberant. nunc cum illo
litigant. nunc illum derident. nunc illum
irritant. nunc unum. nunc alterum offen-
dere non desistunt. Ob eas res apostolus
Paulus thessalonicenses rogat. ut dare
operam velint. ut quieti sint. Amplius
re de corripiendis inquietis expressas be-
atus Augustinus fecit mentionem. quoni-
am hoc genus hominum omnes detestantur.
Apud enim romanos sicut virtus per quan-
dam excellentiam habebatur constantia.
sic contra leuitas habebatur iudicium.
Deinde a marco tullio in preclarissimo
officiorum volumine putatur est. nihil esse
se parietia cum constantia iuncta lauda-
bilis arbitrandum. Et in sacris litteris ex-
tolluntur iusti. Quoniam steterunt in ma-
gna constantia aduersos eos qui se angu-
stiauerunt. Contra mali et pessimi leues
describuntur. Hinc primus malus post
adam. Chaym vagus in geneleos libro
nuncupatur. Dyabolus quoque circumire ter-
ram et perambulare eam in libro patientis-
simi et constantissimi viri Job dicitur. Hiero-
nimus quoque Augustinus et Benedictus
quartum genus monachorum scilicet circun-
silionum pessimum dixerunt. Salomon item
in proverbij inter sex que odit dominus
pedes veloces ad currendum in malum
connumerat. Et rursus. mulierem in mere-
tricio ornata preparata ad decipiendas
animas garulam et vagam quietis. impa-
tientem. nec valentem in domo consistere pe-
dibus suis. Quinimo nunc fons. nunc in
plateis. nunc iuxta angulos insidiantem
appellat. Et Esaias ait. Abijt vagus sine
impetu cordis. Hieremias vero populum
diligentem mouere pedes suos asserit et
non placere. Hi similes sunt plante pe-
dis vituli. quem Ezechiel in visione aspe-

xit. que propter eius scissuras facilis est ad
motum Similes sunt imbutus et procel-
lis. quoniam non modo in malis operi-
bus impellunt per importunitatem. et bal-
neant per infectionis aquositate. sed eti-
am in bonis quam celerrime deficiunt per le-
uitatem et violentiam. Inde etiam fit. ut
asitis pares sint. quorum. ut vulgo dici-
tur. neque sunt diuturni succus. pares sint
in aere venantibus. vbi cum nulla sit firmi-
tudo. nequeunt ibi tendere. Hi namque
et in ethere excelsa palatia fabricant. ar-
ces inexpugnabiles condunt. montes trans-
ferunt. flumina vertunt. equora per stultis-
tas et inanes cogitationes exhauriunt. iure
igitur tales stulti sunt et expertes prou-
dent. Namque ceu ab Aristotile philoso-
phorum principe preclare dictum est. Ani-
ma sedendo et quiescendo fit prudens. ita
econtra necessario fit. ut immoderatus dis-
cursus. vagatio et inquietudo animam red-
dant insipientem. Nec obuiat quod pytha-
goras. Plato. Appollonius. et alij com-
plurimi viri doctissimi atque sapientissimi
innumeras mundi plagas peragraverint.
quoniam non hi ut vagi starent conten-
debant. sed ut ad locum tandem venirent
in quo quietus doctorem audirent
sapientie. Neque hanc oppugnat senti-
entiam. Quoniam Paulus vas electionis.
et plerique omnes apostoli vniuersam per-
lustrarunt orbem. Quoniam non ut va-
garentur. sed ut precones essent christi no-
minis. et non dimissa contemplatione in
omnem terram exiret sonus eorum. missi
sunt. Sed quibus non est datum euange-
lizandi officium. et in contemplatione qui
escunt. et meritis et precoribus sunt prestan-
tiores. Hinc laudatur Benjamin et filius
virtutum et domini amentissimus inter-
pretatur. Quoniam tota die in thalamo
superna contemplans morabatur. Hinc Jo-
hannes baptista extollitur. Quoniam iux-
ta fluentem iordanis stabat penitentiam
agens. Inde et stans in scriptura dicitur
Huic beata dei genitrix magnificatur et
quietis vocatur amatrix. Quoniam in se-
creto angelus eam reperit orantem. cum
ad annunciandum filij dei incarnationem
ad eam ingressus esset. et cum ad visitan-
dam Elizabeth cognatam suam se contulit
mansit apud illam tribus mensibus. non

quidem. vt Ambrosius ait. q̄ domus eā
delectaret aliena. sed quia frequentius in
publico videri displicebat. Hinc ab ea sa-
cras virgines discere iubet. non currere p̄
alienas edes. nō de morari in plateis. nō
aliquos in publico miscere sermōes. Ma-
ria semper in domo sera et festina erat in
publico. Et rursus ad ea in euāgelio scri-
bitur. Stabat iuxta crucem ihesu mater
eius non vt discipuli discurrat et au fugit.
sed constantissima in sua pietate stetit. et
eū nullo voluit timore relinquere. A be-
ata igit̄ virgine et vos religiosi discite q̄e
tē. si veri esse religiosi desideratis. Ab hac
diua Magdalena et egiptiaca maria di-
dicerūt. que dimissis mundi illecebris. sic
sedule se p̄tentioni dederunt. vt dieb⁹
singulis reperentur. Ab hac beatus Hiero-
nimus edoctus stabularius christi fieri
maluit vt quieti frueret̄. q̄ in vastigio ex-
tollit romanorum. vt sempiterno turbine
quateretur. Hāc deuotissima Augustini
parēs imitata. nō in plateis. nō in choreis.
nō in mūdi vanitatib⁹ vagabat̄. sed in tē-
plis p̄ salute filij obsecrans sedula cōmo-
rabatur. Quaz quidā beate. s. virginis
et diue monice beata Clara de monte sal-
cone exemplis instructa. sic ad obseruan-
dam preceptoris nostri regulā sese peni-
tus dedicauit. sic se in christi trāsformauit
amozē. Sic sanctissime trinitatis unīta
est fidei. vt eius i corde tota christi passio
sculptata euidentissime cernat̄. et eius in
felle tres sint lapilli reperti rotunde figu-
re ad eternitatem designandā. indetermi-
nati. inperceptibilisq̄ coloris ad incom-
p̄hensibilitatē diuine maiestatis indican-
dam. eiusdez quantitatē et ponderis. sic
quidē vt nō maioris sint ponderis. tres
simul q̄ duo vel vnus tantū. aut e contra
ad omnimodam personaz insinuandam
equalitatez. Et prorsus infrangibiles. vt
doceret quo pacto tres ille ineffabiles p̄-
sone. sicut essentia. incorruptibiles impas-
sibilesq̄ penitus sint. Eandē habentes fi-
guram. vt per hoc aperte intelligeremus
tres persona realiter distincte eandē ha-
beant deitatem. et vnus sint nature sub-
stantie seu essentie. **O** fulgentissimam
Augustini prolem. **O** gloriā Augusti-
niani ordinis. **O** vere fidei sublime glo-
riosumq̄ exemplar. **O** ineffabilis christi

passionis. et vere sempiternę trinitatis
librū semp̄ inspiciendū. semp̄ legendum et
iterum atq̄ iterum et sine cessatione rele-
gendum. Ab hac sorore nostra nos fra-
tres heremitam discamus non vagari. s̄
in monasterijs sedulo contemplari. et di-
uina meditari sacramenta gloriemur de
patre nostro Augustino fratres mei cha-
rissimi. quo in explanandis diuis misere-
rijs nemo perspicacior. gloriemur de mo-
nica parente nostra. qua in diligēdis dei
seruis nulla feruētior. Gloriemur **O** La-
ra sorore nostra. qua i misterijs fidei nul-
la transformator. Hec vere cum magno
parente nostro ad christū et beatissimam
trinitatē intendēs. dulciter. amene. ex cor-
de iugiterq̄ canebat. Amor meus. pon-
dus meū. te dulcissime deus feror. quocū-
q̄ feror. Et rursus liquefacta est aīa mea
propter te deus meus. Et iterum. vulne-
rasti cor meum charitate tua domine. Et
rursus. amor meus. me amantem i te trās-
formauit amatum. Hec cum sua dulcissi-
ma parente monica crebra rapta repe-
bat. Volemus ad celum sorores mee. vo-
lemus ad celum. et nos fratres mei deside-
rantissimi relictis curis rerum mundana-
rum per contemplationem volumus ad
deū. vt hic spe. post modū re valeam⁹ abs-
q̄ sine ei⁹ visione letari. **P**ieterea me-
rito Augustin⁹ corripēdos iussit inque-
tos. Quoniā quieti multiplici sunt p̄co-
nio extollendi. quo fit. vt quies p̄sequen-
da. In quietudo vero penitus sit fugien-
da. Perinde beatus Hieronim⁹ ait. Quis
q̄ nouerit monachū se non esse loquen-
do et discurrendo. sed tacendo et sedendo
Et diuus Antonin⁹ sicut in vitis patrū
legitur. Interroganti monacho quid fa-
ciendum. vt deo placeret. Dixit. Tria cu-
stodi. et saluus eris. Prīmū quidē vt deū
p̄re oculis semp̄ habeas. Secundum ad
omnem tuam actionem diuinarum scri-
pturarum testimonium adhibe. Tercūz
vt ex loco in quo manes nō cito discedas
Hinc ex alijs cōditionibus. quas. vt ali-
cuius sancti confessoris merito festiuitas
celebretur. Quoniam quiete in vita fun-
ctus est. Sacrosancta ecclesia connume-
rat dicens. Qui pius. prudens. humilis
pudicus sobrius. castus fuit et quietus. et
in libro tironum de viro bono dicitur.

sedebit solitarius et tacebit. et ad thessalonicenses apostolus de se ait. ipse enim scitis quem admodum oporteat imitari nos. et deus omnipotens cum sue glorie similitudinem Ezechieli revelare vellet. dixit ad eum filii hominis sta super pedes tuos et loquar tecum. sta inquit deus super pedes tuos. et non discurrere pedibus tuis. ut quietez in homine felicitando et apto ad suscipienda archana dei approbaret. inquietudinem vero exprimeret. Johannes item evangelista non discurrens et vagans. sed quiescens et recubans super sacrum pectus dominicum fluentia evangelii de veritatis fonte potavit. Prothomartyr autem Stephanus positus in terra genibus vidit celos apertos. Vidit ihesum stantem a dextris virtutis dei. Veniam pro lapidantibus postulavit. Eius spiritum christo suscipiendum commisit. Et salvator mundi affixus cruci. genus redemit humanum. Petrus et Andreas ut eum imitarentur crucis suspendi patibulo voluerunt. **N**oli ergo heremitane vagus esse. sed confige corpus tuum cruci. ibi sistas. ibi viuas. ibi glorie ris. ibi felicitatis. ibi tanquam inerpugnabili arce te recondas. ibi te custodias. cum ea confabulans de sempiternis gaudiis. ad eas cum ecclesia exclames. **D**erux que spes unica. ad eam cum apostolo dicas. **A**lter sit me gloriari nisi in te. **E**rgo domini mei ihesu christi. **A**d eam cum Helena Constantini matre canas **D**erux splendidior cunctis astris. eam cum Eradio Tirone magnifico tuis in humeris batula. **E**am tolle et christum sequere. **I**psum in ea complectere cum Joseph ab arimathia. ipsum in ea osculare et adora cum virgine maria ipsum in ea lacrimis lava. capillis terge. **E**t unguento unge cum magdalena pia. **I**psum cum mixtura mirre et aloes cum Nicodemo reconde. ipsum in horto anime tue in sepulcro nouo hoc est puro mandato. et initiato conscientie tue erga seculo limbeis involutum per pietatis opera sepeli. **C**um eo etiam si opus est. mortem subeas. et condiaris ut postmodum cum eo resurgas interminabilemque vitam suscipiens requie sempiterna fruaris.

Sequitur sexta conditio.

Textus

Augustinus.

Consoletur pusillanimes

Comentum.

Ambrosius.

Sicut enim in archa domini erant virga et mandatorum tabule. ita et sua visum erat manna reconditum. ut per hoc prelati ecclesiastici sane intelligerent non modo adiungenda precepta preceptorumque transgressores puniendos. verum etiam ad preben domini amenam consolationis manna se perfectos alios eventisse. **I**demque postquam de corripendis inquietis pariter noster preceptum dedit iure nunc pusillanimes iubet consolari. **A**d quod multiphariam concitatur. et quidem in primis ad imortale potentemque dei aspicientes. qui misericordiam pater et deus est tutus consolationis. et ut apostolus ait. **N**os in omni nostra consolatur tribulatione. **P**erinde veteris testamenti patribus sepe numero eos consolans apparuit. **S**ic Jacob a facie Esau fugientem. sic israeliticus populum a pharaone detentum. sic Job innumens plagis affectum. **S**ic denique cum temporis plenitudo venisset humanum genus tot milibus annorum multis oneratum gravaminibus fuit solatus. **E**t ut solamen hoc publicum amplissimum viderimus quod foret misit unigenitum filium suum. ut homo fieret. et cum invisibilis esset videret a nobis. et cum in altissimis habitaret huc iret nobiscum. et cum impassibilis et sui natura inortalis penitus esset deum crucis pateret tormentum. acerbissimamque subiret mortem. ut nos ab eterna liberaret morte. **R**esurrexit ut nobis facultatem tribueret resurgendi. **P**ostmodum per dies quadraginta ut ipse etiam in dandis tribuendisque solaminibus coeterno sibi patri similis fieret piensissime genitrici sue. **P**etro. et alijs apostolis et discipulis suis in multis argumentis apparuit. et tandem celos ascendens omnem suam peregrinationem summavit. ut se omnem exhiberet consolatorum. **I**nde et christus hoc est unctus. et fuit. et nuncupari voluit. non solum quia ipse unctus fuit oleo leticie. sed quoniam in membris suis unctus fuit oleo consolationis ab eis. scilicet omnia languorum genera tollens. **I**nde ipse clamavit. **D**icite a me quia mitis sum et humilis corde ac

perinde diceret. nolite in p̄sidentia vestra elati ⁊ asperi esse sed humiles ⁊ cōsolatores subditorum. Et rursus. estote misericordes sicut ⁊ pater vester misericors est. qui solem. s. p̄solationis sue ori facit super bonos ⁊ malos. ⁊ pluit aquā solamini super iustos ⁊ iniustos. P̄terea spiritus sanctus a patre ⁊ filio. vt paraditus hoc est vt cōsolator missus est. dicite christo ad discipulos. cum venerit paraclitus quē ego mittam vobis a patre spiritū veritatis. ipse docebit vos omnia ⁊ suggeret vobis omnia quęcūq; dixero vobis. Tria em̄ inter alia precipua in eo aduentu spiritus sanctus operatus est. Primo beatā virginem ⁊ discipulos in vnum congregatos. qui ⁊ propter iudeorum metum christi passionem. ⁊ recessum eius ab eis adhuc mesti erant cōsolatus fuit. in quo quidem solamine corā regibus ⁊ principibus audaciam cōstantiāq; p̄stitit. vbiq; terrarum nomen christi manifestandū. Subinde sapientiam infudit. omniaq; linguarum genera repente edocuit. postremo sic eos in gratia cōfirmavit. vt de cetero peccare non possent ac faciendorū miraculorum tribuit virtutem. Angerlice quoq; mentes ad cōsolandos subditos nos mouēt. Ob eam rem cum dominus ad faciendū iudicium super israel et hierusalem angelum destinaret. Angelus ipse verba bona ⁊ cōsolatoria zacharie loquebatur. Douēt ⁊ nos viri optimi. ceu Eubodas Job Paulus Eufas. ⁊ alij cōplures antique ⁊ noue legis viri piētissimi. quorum sequi exempla debemus. Hinc precellentissimus dei vates in platorum persona. Esaias inquit Spiritus domini sup me. eo q; vulerit me. Ad annunciandū mansuetis misit me. vt mederet cōtritis corde. ac vt paulopost subdit. vt cōsolarer omnes lugentes. Et vero quo pacto prelati spiritus sanctū habēt. qui cōsolator dicūt. ⁊ quos mittit cōsolatores facit. qui subditorum nō curant cōsolationem. Douēt nos opera iusticie. que vniciq; prout opus est iubet cōferri. Itaq; bonis premiū. malis penam. egris medicationem. debilibus restorationē. sanis p̄seruationem. felicibus moderamen. ⁊ deniq; afflictis solamen tribuit. pennde beatus Gregorius ait. Vera iusticia cōpas-

sionem habet. Et rursus que est iusticia sine misericordia. Et dauid in psalmo cecinit. Misericordia ⁊ veritas osculare sūt. Quid est q; iusticia ⁊ misericordia se mutuo osculantur. nisi q; he due virtutes sic inuicem cōiungunt. vt se mutuo cōcomitentur. Douent aliorum artificum exempla. Medici enim magis dulcorationibus. linitionibus. ⁊ suauitatis vnguentis. q; cauterio vtunt. Sic medic⁹ noster christus fecit cum publicano. magdālene. theolonario. zacheo. ⁊ alijs innumeris mēderetur. sic petrus cum alijs p̄fecit. facere docuit. Sic de samaritano. qui ⁊ custos interpretat legis perito parabolā disseruit. qui in vulnerati plagas nō solū vinū vt abstergeret. sed oleū vt dolores mitigaret ⁊ sedaret infudit. Douemur deniq; a maloz fuga. que et nimia p̄latoz austeritate ⁊ p̄solationis p̄ficis carentia. Itaq; subditi ob eam rem amarissimā vitā ducunt. hinc teneoz primo scribit. Idcirco ego plorās ⁊ oculus meus deducēs aquā quia lōge factus est a me cōsolator. bene operandi actionem deperdunt. vnde ibidem de hierusalē dicit. deposita est vehementer nō habens p̄solatorē. quo fit. vt a vite politice cōsuetudine sepe discedant. Sepenmero circa eoz statū q; etiam in se tutissimū vacillant. propterea iudas ⁊ Syllas ab apostolis missi in antiochiā sicut actū apostolorū lectio declarat. cōsolati sunt fratres. ⁊ p̄firmauerūt. preit cōfirmationē cōsolatio. quoniam p̄ solatōez in fidei statu fuerūt cōfirmati. Itā nunq; a laborib; cessant. ideo p̄ desertū ambulatib; dñs ne deficerēt māna e celo pluit p̄ inde. Ap̄ls ad philippēses scribit. omnia possum in eo q; me p̄fortat. P̄leriq; p̄solatione destituti in desperationē labūtar. Idcirco ad Ehorinthios ait ap̄ls. cōsolamini. s. afflictū. ne forte a bundātiōi tristicia absorbeat qui hmoi est. Erebros ⁊ rebelliones p̄iurationes ⁊ alia mala innumera in p̄latos machinant. Idone⁹ testis ē roboam. a quo recessit israel ⁊ perpetuo se rebellauit. Quoniam relicto documēto senū. lenia ceu scriptū est in libro regū loqui noluit. s; prane iuente imitat⁹ filia dixit ei pater me⁹ aggrauauit iugū vestrū. Ego autē addā iugo vestro. Pater meus cecidit vos flagellis. ego autē cedam vos

scotiplonib⁹ Magna item utilitas ex hoc
pietatis officio parva. nos mix in modū
ad illud exequendū mouere debet. **M**ē
pe omnis elemosina. vt parēti nostro glo
riofissimo placuit. mūdāt peccata. pro no
bis ad dñm interpellit. et in nouissimis si
delissimus ac potētissimus nobis comes
et propugnator assistit. At vero elemosina
rū duplex est genus. alterū qđ ad corp⁹ al
terū qđ ad animā spectat. et vtrūq; sepre
nario explet numero primi generis speci
es sunt. esuriētē pascere. sitientē potare.
nudū vestire. hospitē colligere. visitare in
firmū. redimere captiuū. defunctūq; recō
dere. secundi generis species sunt docere
ignorantē cōsulere dubitanti. delinquen
tem corripere. remittere offendenti. suffer
re onerosos. pro cūctis orare. mestū. affli
ctū. tristē. pusillanimēq; solari. Inde ver
sus aiunt. visito. poto. cibo. redimo. tego.
colligo. condo. cōsule. castiga. remitte. so
lare. fer. ora. Et ceu aia pstat corpi sic pi
etatis opera ad spiritū spectantia vnifor
miter cōparata longe his pstant. quibus
carnis occurrit indigētie. Studiosi igit⁹
plati sint ad hoc tā salutiferū op⁹ exequē
dū. **S**z qm̄ in omni actione mod⁹ pul
cerrima est virtus. ideo quo pacto sola
ri proximū debeam⁹ a beato Gregorio in
moralib⁹ adiscam⁹. Luz volum⁹ inquit
quempiā a merore suspēdere. ordo solat
tionis est. vt studeam⁹ prius merēdo ei⁹
luctui hēor dare. Dolentē nō p̄t consolari.
qui nō p̄cordat dolori. quia corpo. quo
amerentis afflictōne discrepat minus ab
illo recipit. cui mentis qualitate sepe
sed emolliri prius debet anim⁹ vt afflicto
p̄gruat. p̄gruens inherat. inherēs trahat
Nec ferrū ferro hūngit si nō vtrūq; exu
stione ignis liquef dux molli nō adheret
nisi prius ei⁹ duricia molefeat. Sic nec
iacentē erigimus. nisi a rigore nostri stat⁹
inclinemur. quia dū rectitudo stātis a ia
cente discrepat eum cui p̄descēdere negli
git nequaq; leuat. Sed quos debeat p̄
latus consolari declarat. cū subdit pusilla
nimes. pusillanimes quidē sunt qui quo
dam imoderato timore. ex animi paruita
te pficiscēte sunt affecti. Unde pusillani
mitas sic definit. qđ est viciū quo quis in
ordinato timore ex animi paruitate pro
cedente se a bonis subtrahit opib⁹. q̄ pos

set et deberet agere. nāq; vt a philosophis
p̄clare disertū est. Magnanimitas ē vir
tus media inter audaciā et timiditatem q̄
fit. vt sicut temeritas ex nimia animi ma
gnitudine ita et pusillanimitas ex nimia
animi paruitate pficiscat. que proculdu
bio accidie filia est. **M**anq; huius viciū est
de bonis spūalib⁹ p̄strari. bona vero spi
ritualia. de quib⁹ p̄strat accidia sunt fir
mis. et ea que ad finē dirigunt. finis autē
fuga p̄ desperationē gignit. ab eis vero q̄
sunt ad finē discessus quo ad ardua que
subsunt p̄silij p̄ pusillanimitatē generat⁹
Quo ad ea vero. q̄ ad cōmunē pertinent
iusticiā per torporem circa p̄cepta cōmu
titur. Pusillanimitas autē mala multa
sunt. **M**ā sepe numero existimare facit ibi
esse crimen. vbi nullū est peccatum. qđ vt
plurimū primo p̄uersis p̄tigit. de quib⁹ in
psalmo dicit. **T**repidauerunt timore vbi
nō erat timor. **M**ōnunq; causa est. vt be
ne operandi ignoret exordij. de quo ibi
dem dicit. deū nō inuocauerūt. qm̄. s. hu
ius inuocatōis initij expertes fuerūt. **E**t
bro a bene inceptis desistere facit. de qđ
Hieremias dicit. vidi pauidos terga ver
tentes. que idcirco vertūt. qm̄ arbitrantur
opus qđ aggressi sunt propriā excedere sa
cultatē. cū tñ nō excedat. omnia em̄ bona
opa cū dei adiutorio possum⁹. psalmista
testante qui ait. expectabā eum. s. deū qui
saluū me fecit. per adiutorij gratie sue. a
pusillanimitate spūs et tēpestate. **E**t apls
om̄ia possum in eo qui me cōfortat. qm̄q;
et si aliquid ardua aggrediant in eoz tñ
p̄gressu p̄ pusillanimitatē titubātes claim
tant dicētes. **D**ñe salua nos perimus. in
quorū p̄sona ad suos discipulos fluctu
antia maria timētēs. saluator noster ap̄
mattheū inquit. Quid timidi estis mo
ce fidei. **E**t Bernardus ait. pusillanimitas
ab ingressione futuri laboris vict⁹ nō te
lo sed tuba prosternit. **M**ultū p̄terea pu
sillanimitas dānosa est. nō solū quia no
cet habēti. vtz etiā quoniā tanq; morbus
p̄taginosos vnus pusillanimitas pluri
mos timidos reddit. hinc in libro deute
ronomio scriptū est. Quis est homo for
midolosus i corde pauido. vadat et reuer
tat in domū suam. ne pauere faciat corda
frat̄ suoz. sicut ip̄e timore perterritus est
Rursus pusillanimitas mix in modū.

